

Q. 162. (91)

X 187 8806

II R
3064

MODERATORE TRIUNO!

DISSERTATIO FEUDALIS,

De

JURE
EXPECTATIVÆ,

vulgò dicta

Anwartungs=Lehn;

Quam

Autoritate Magnifici & Amplissimi
Jure-Consultorum Ordinis, in Florentis-
sima Argentina

Solemniter disquirendam proponit

GEORG FRZEDERICH von HELLDOFF
Nob. Misn.

DIE XXII. NOVEMBR. AN. MDCCCLXVI
H. L. Q. S.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,

Imprimebat JOHANNES Schüz.

MODERATORE TRINNO
DUSSEY WIO FEUDALS

LUR E
E RE CO ATIVA

Stille Nacht

Antonine M...
Jus Constitutionum Ordinatum

GEORGI EX...

DIE XXII. NOVEMBER. AN. CL. DC. LXXII.
H. L. G. 2

BIBLIOTHECA
D. N. S. P. A. N. A.

Luce GEORGII ANDREAE DOLHOFF
Inprimis JOHANNES GIG...

H
H
Sic
Pe





Est *animus*, per quem confurgit ad ardua *virtus*;
Nobilitate vicens, nescius atra sequi;
Qui si cum studiis consortia grata paravit,
Nobilis en verus nascitur, astra petens,
Hinc non abludit *perquam* *Generosus* ab *Helldorff*,
Pulpita dum scandit *Lemmata* docta sonans.
Sic Genus ex proavis per se de stemmate claris
Incrementa capit nobiliore notâ.
Pergito virtutis Parnassum scandere *Fautor*
Expectantia adest, Gloria summa Comes.

Generoso & Nobilissimo
Domino ab *Helldorff*
sine *Præside* solenniter
disputanti

L. M. Q. accinit

GOTHOFRIDUS STÖSSERUS U. J. D.
Pandect. Prof. & p. t.
Decanus.

Non

Non Barbarus nec barbarè de barbaro
quasi barbarismo scribit EXSPECTANTIÆ;
Politus Autor & generis HELDORPHIUS
Generosioris, qui politiùs docet
Jus illud esse juris integerrimi.
Applaudat omnis ordo, quotquot intimo
Doctos Piosque corde Nobiles colunt!
Exsurgit HEROS noster hic HELDORPHIUS,
ut imminentes Artibus tenebras suâ
propellat usque luce mentis igneæ.

*Dn. Fautori atq; Amico
honoratiss.*

l. m. q.

posuit

Gerardus von Stöcken/
U. J. Doct. & P. P.



C. A.

DISSERTATIONIS FEUDALIS
 DE
 JURE EXPECTATIVAE
 PRÆLOQVIUM AD L.

LUS Expectativæ tractandum suscepimus, diffusum æquè per universum Juris Feudalis fretum ac controversiarum syrtibus involutum. Quæ sanè operis prolixitas Doctorum discrepantiis simul obnoxia, manu calamus cum diffidentiâ subtraxisset, nisi portum eminè suavisset brevior via atque præcessorum vestigiis trita. Proinde, ne longiùs abripiatur infirmus animus, neque imprudenter tot opinionum fluctibus se committat, materiam huic Dissertationi præstitutam, certis limitibus, tribus nimirum membris, comprehendere visum est: ita quidem, ut, monente legitimi ordinis & rei tractandæ naturâ, præcedat *subsistentia* ejusdem *legalis*, eam insequatur *nativa indoles*, & denique agmen claudat *effectus* inde *productus*. Quibus ex instituti ratione commodum adjecissem ulteriorem contrariorum & affinium dis-

A

quisitio-

quisitionem; insuper habitis quæ vel à scopo aliena, vel aliunde prolixius petenda sunt. Sed maturavit laborem adhuc quasi ramos pandentem serò superveniens Venerandorum Parentum suscepti approbatio & exsequendi mandatum: Prætereaque confido fore, ut quis in genere perspectis communibus feudum amittendi & finiendi modis, & distinctim consideratâ propositioni constitutione, facili negotio & dissolutionem cognoscat & evitet confusionem. In tantâ verò opinionum varietate circa præsens negotium obviâ, communior & usu approbatam, semper tutissimam elegi: dum fatiùs duxi præstantiora alieni lucubrati sudoris pretia congerere, quam juvenili industriâ vel minimâ Doctorum parte excogitata periculosè proferre. Si quæ tamen, Lector, Patrone, folia arrepta, ubi fructus negavit ingenium, vel propriis quandoque viribus me lapsum invenies, non erubescam firmioribus rationibus ductus aliorum amplecti sententias. Cæterùm in spem erigor certissimam, quod, qui insigni cum laude tot insanientium insolentiam ferre didicisti, hunc meum quoque scribendi conatum mihi condonaveris: quem primo Fautorum hortatu suscitatum, subnixum dein Magnificâ Amplissimi J.Ctorum in hac Illustri Argentinâ Ordinis Authoritate, jam favente Benignissimô Numine publici Juris & Examinis facio; in Quorum gloriam cedat eum ad majora evehi, qui etiam modica tolleraret.

MEMBRUM

MEMBRUM I.

*Exhibens*SUBSISTENTIAM EXPECTATIVÆ
LEGALEM.

PRINCIPIUM.

*Expectativa non adversatur Juri Civili, congruit rationi, & Jure Feudali est fundata.*QUÆSTIO
AN SIT?

THESIS. I.

EXpectativam in Curiis Dominorum passim hoc seculô invaluisse, & in forô quotidie esse practicabilem, cuivis constat; adeoque in quantum de facto edocere, nihil vel parum attinet, testantur de hoc Hartm. P. l. 2. q. 25. n. 1. Klock. tract. de Ærar. l. 2. c. 40. n. 1. Cum tamen nonnulli, quos nimia & ex vano periculi timore nata cepit religiositas, eam legaliter subsistere posse negent, ac sententiæ non omninò contemnendas substruant rationes; hinc, ut, remotis iis, quæ scrupulum objiciunt, securior sit accessus ad Helenam nostram, eandemque jure nixam tutiùs amplectamur, liberanda prius erit ab omni injuria: *tum* prosternendo rationes, quæ hujus maculæ eam arguunt; *tum* justitiæ ejusdem exhibendo.

II. In limine autem præmonendum est, Expectativam esse conventionem de feudô adhuc viventis factam; siquidem hoc est appatens turpitudinis vitium, à quô eam vindicare conamur, Reprobat enim Jus Civile, suffragante jure Canonico, quævis præmatura pacta circa futuram in bona adhuc superstitis (certi nimirum, de incerti enim hæreditate pacisci licet. *arg. l. 3. §. 2. ff. pro soc.*) successionem, omnemque iis efficaciam denegat. *l. ult. l. 15. l. 19. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stipulat. l. 61. ff. de V. O. l. 25. §. 6. de acquir. hæred. c. 2. X. de concess. præbend. c. 2. & 3. eod. in 6.* Nec rationibus destituitur Juris autoritas; Cum (1) sit incivile & contra naturam, casum & adversam fortunam liberi hominis expectare, *l. 83. §. 5. ff. de V. O.* & improbus existimetur, qui sollicitus est de vivi hæreditate, *l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pup. substit.* Nam justum succedendi ordinem ini-

quâ spe antevertere, & bonis alterius inhiare, pessimum involvit avaritiæ vitium. In specie verò, quoad Juris Canonici prohibitionem, turpe habetur, & divini plenum animadversione judicii, si locum in Ecclesiâ futuræ successionis expectatio habeat; quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt, *per dd. text.* (2.) Eiusmodi conventiones odiosæ, & plenæ tristissimi & periculosi eventus esse, & acerbissimam spem fovere dicuntur. *d. l. fin. C. de pact.* eò quod inducant votum captandæ mortis cum possidentis maximâ injuriâ conjunctum. Lucri enim tam bonus est odor, ut multos occupet desiderium ejusmodi mortis, quæ ipsis futura sit lucrosa. Imò non acquiescit in terminis nudi desiderii cupiditas, sed prorumpit & ultrò procedit ad turpia acceleranda media: Et licet lex saltem præsumat futuras quarendæ mortis insidias, impedit tamen occasio etiam modica actum fieri, & in metu suspicio idem operatur, quam quod ipse metus. *arg. l. 33. §. 2. ff. de usurpat. & usucap. Bart. in l. 9. ff. quod met. caus. Bald. in l. 13. C. de transact. Brun. conf. 82. col. 2.* Accedit (3) quod talia pacta libertatem & inviolabilem adimant testandi facultatem, contra *l. 1. C. de SS. Eccles. & arg. l. 3. ff. de testam. junct. l. 6. C. de pact.* & ordinario remedio apertò, quarant extraordinarium, jure prohibitum, *conf. l. 16. pr. ff. de minor. l. fin. ff. de suis & leg. hered. l. 11. C. de transact. Hartm. Pist. l. 4. q. 1. n. 1. usq. ad 21.*

III. Hæc communi ratione quasi inducta argumenta, quæ improbant festinatas de successionem in bona aliena conventiones, dubiam quoque reddunt in specie Placiti nostri Feudalis justitiam: quibus ducti insignes JCTI, partim illud de jure subsistere posse negarunt, inter quos Baro à Tautenberg *ad §. 2. II. F. 26. Martin. Laudens. in c. si quis. l. F. 27.* Andr. de Ifern. *in c. si verò. l. F. 3.* & citati à Vult. *de Feud. l. 1. c. 7. n. 65.* Berlich. *T. 2. concl. 54. n. 5.* partim suasores fuere Principum, ut abstineant ejusmodi concessionibus maximè odiosis, & cum majori commodò feuda aperta fisco assignent; prout monet Matth. de Afflic. *ad d. §. 2. II. F. 26.* Alvar. *ad Tit. 3. l. F. n. 1.* Hieron Schurff. *inter consilia Modest. Pist. 8. n. 5. volum. 1.* Klock. *tr. de Ærar. l. 2. c. 40. n. 2.* Adversas tenent partes infra in fine hujus membri allegati; quibus tantò confidentius adheremus, quantò gravioribus nos ducunt rationibus, satque firmis ad evitanda obvia adversariorum tela. Ut autem eo certiores simus,

de

de palma victoriæ paucis demonstrabimus; nec absolutè conventiones de futurâ successione in bona tertii jure naturæ prohibitas esse; nec in hypothese rationes pugnantes ad statum controversiæ posse trahi.

IV. Etenim, quoad primum, non ex præcepto naturæ fluit: *ne paciscaris de speratâ successione in bona aliena*, sed magis ex apicibus & subtilitate Juris positivi deprompta vox est, inducta in speciali casu (v. *th.* 7.) & ex præsumptione naturalis vitii, quod evitandum curat legis rigor, & propterea vetat aliquid non propter se principaliter, sed ad finem alicujus mali evitandi; quô non obtentô, nec facile in singulis generis humani præsumendô, etiam non obligat transgressores ad pœnam. Sua det hoc ipsa Juris positivi dispositio: Tum quod (1) ejusmodi conventionibus juramento firmatis vim obligandi conferat. *c. 2. de pact. in 6.* Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 20. Hartm. Pist. *l. 4. q. 6. diff. Gail. 2. Obs. 126. 155. n. 1.* Quæ verò jure naturæ illicita, aut utilitati publicæ repugnant, aut vergunt ad alterius præjudicium, ne quidem ex juramento robur accipiunt. *l. 5. C. de LL. c. 58. de R. I. in 6. c. 28. X. de jurejur.* Dn. Struv. *Syntagm. Juris Civ. Exercit. 17. th. 25.* Tum quod (2) consentiente eô, de cujus hereditate agitur, easdem validas pronunciet, *d. l. fin. C. de pact. militibus* indistinctè hanc facultatem paciscendi concedat. *l. 19. C. eod.* nec deneget Principibus, ut probat Hartm. Pist. *l. 4. q. 2. n. 8. seqq.* Qui consensus sanè, aut militiae favor, vel Illustrium Personarum dignitas, aliàs non sufficeret, ut tollat naturale vitium, aut improbum alienæ mortis desiderium avertat. Tum quod (3) propter idem, quod subesse putatur, periculum, multa jura tot vigiliis excogitata evanescerent, dominia in incertô hærerent, totus successionis ordo turbaretur, substitutiones, fidei commissa, & quivis contractus, ex quibus spes est, rem post mortem alterius ad alterum perventuram, interirent & destituerentur effectu; quod nemo facile secundum principia Juris concesserit. Tum quod denique (4) moribus observentur pacta de hereditate acquirendâ, conservandâ, & quibus hereditati renunciatur. vid. prolix. Hartm. Pist. *d. l. 4. q. 1. usq. ad 8.* Beth. *de pact. famil. Illustr.* Carpz. *in disp. de pact. confratern. Sax. Hass.* Limn. *J. P. l. 4. c. 8.* Hahn. *de Jur. rer. concl. 71. & 72.*

Nisi hanc consuetudinem dicere velis irrationabilem, & Juri Civili contrariam.

V. Parum officit Juris Pontificii dispositio, quæ in causa singulari, beneficiis nimirum Ecclesiasticis, occupata est, & turpissimum judicat Ecclesiæ Ministris, qui victu & amictu contenti in stationibus suis permanere debent, de successione alterius esse sollicitum: prætereaq; cum moderamine accipienda est, ut procedat in promissione beneficii certi hominis, & excludantur primariæ Cæsaris preces super beneficiis primò vacaturis. Gail. l. 2. Obs. 155, n. ult. Ne igitur sanctuaria Dei immundis desideriis contaminentur, nudam etiam occasionem præcidere voluit Juris autoritas, pœnam exclusionis à communione & sacris ordinibus statuendo in illos, qui scienter impetrant expectativam, aut in beneficio alterius se institui patiuntur. c. 1. X. de concess. Præbend. quod ad Politicum Statum commodè trahi, posse non videtur, qui externâ disciplinâ contentus, internas animi cogitationes neccurat, nec curare potest; non tamen fraudulenter in conscientiam injustitiæ convictum absolvit. vid. Fr. Suarez. de Leg. l. III. c. 13. Imò plurimi non immeritò conqueruntur: exolevisse hodie in foro Ecclesiastico hanc saluberrimam Juris Canonici sanctionem, & eò de suetudinis abiisse, ut jam limites egressa Clericorum avarities, cum insigni Status Secularis decremento, omnia ferè Laicorū bona ad se trahat, mirâ caliditate, variisque adinventis acquirendi modis. Eruditè de hoc disserit Generosus à Werthern in Disp. de Jur. Precar. præem.

VI. Corruit ex jam dictis prima ratio, cui parum firma admnicula suggerit, *secunda*: Siquidem non quævis cogitatio de alterius morte jure improbata est, quin potius desidiosus & segnis putetur, qui aliquem mori potuisse non cogitaverit, arg. l. 9. §. 1. ff. de locat. nec necessario cum impiò desiderio & manifestis insidiis conjuncta; quin magis naturale sit bonum desiderare illi, à quò beneficium consequi speramus, & præsumatur, quod ita paciscentes nitantur obsequia & reverentiam præstare ei, cujus hæreditatem anhelant, ne attentis insidiis, alios successores sibi designando, spem illorum frustrare habeat. Suspicio quoque non semper impedit actum fieri, nisi ex signò aliquò actui proximò appareat malignitas arg. l. 184. de R. I. l. 9. pr. ff. quod m. c. Et licet ex accidenti struendis insidiis

sidiis detur occasio, pacta tamen successoria propterea non magis erunt improbanda, quam Sacra Scriptura propter hæresim, aut vinum propter ebrietatem, vel matrimonium tanquam causa per accidens adulterii. Non maioris momenti est (3.) ratio, quoniam non restringunt eiusmodi pacta liberam testandi facultatem; quin magis credendum sit, quod ita paciscentes se voluerint confirmare cum dispositione hominis & Juris Communis: & ideo maturata eorum conventio potius est declarativa quam dispositiva, congruens ordinario Juris remedio, & sub ea tacitâ conditione concepta; quatenus ad eos successio vel hæreditas legitimo modo devolvatur. Seraph. d. l.

VII. Verum salvum relinquimus Juris Scripti rigorem, quippe non destructurum Placiti nostri Feudalis fulcra. Firmitatem nobis pollicetur ipsa ratio dispositioni *d. l. fin. C. de pactis.* indita, quæ altius repetita denegat nostram assumere hypothesin, eamque inferre Juri civili adversam. Nititur equidem Religiosissimus Imper. in *d. l. fin.* avertere improbum alienæ mortis desiderium, & ex hoc periculum tertio imminens. Præsumptio autem huius delicti futuri (patrata enim liquidissimis probationibus opus habent. *l. fin. C. de probat.*) in propositâ facti specie ex duplici fundamento Legislatori nata est; causâ nimirum impulsivâ, & actu informato ex illâ. Causa impulsiva præterea aggravata est tam spe commodi, quod inducit simplex mortis desiderium, quam metu incommodi, obventuri vel ex parte Domini per contrariam dispositionem intervertere valentis jus succedendi, vel à parte successionem expectantis, qui Domino præmortuus conventionem suam non obstringit hæredes, nec ullum paciscenti relinquit remedium ad repetendum, quod ad turpem causam datum est, *arg. l. 3. 4. 8. ff. de condict. ob turp. causam. l. 1. pr. ff. de condict. causa data causa non secut.* ex quo porro præsumptivè nascitur procuratio mortis, aut certò eius procurandæ votum. Juvat insuper præsumptionem actus sensus exteriores incurrens, clandestinitas nimirum tractatus, quæ simul enixa certo prodit consilii malignitatem, mox propturam in manifestam Domini (quem, ne spem eorum intervertat, exclusere tractatibus) perniciem & vitæ periculum.

VIII. Ex hisce indiciis legalibus nascitur futuri delicti præsumptio, & præcavendi mali Juris vigilantia. Sed liberali admodum sequela utuntur, qui eadem applicant ad nostram hypothesein. Nam posito, quod concessio Feudi certi (facta de Feudo incertæ, personæ omni dubio caret) in alterius mortem collata foveat mortis desiderium, prout fatetur Gail. 2. *Obs.* 155. n. 4. vix tamen talis suspicio in Vasallum hominem integræ fidei cadit, vel ad minimum affectus ratione supprimitur: ut proindè cogitatio effectui non proxima, & propositum mente retentum pœnæ haud sit obnoxium *l. 18. ff. de pœn.* Imprimis cum causa stimulans non aggravata sit metu incommodi, quod plane non sentit secundò infeudatus propter gratuitam feudi naturam, neque jacturâ lucri, quod interverti non potest; vel à parte Domini morientis, qui regulariter etiam hæredes relinquit obligatos, & quandoque ad evictionem tenetur; vel à parte vasalli, qui nullâ contrariâ dispositione aperturam impedire valet. Præterea votum in sæpius *d. l. fin.* præsumptum hic respuit fides inter Dominum & vasallum reciproca *II. F. 6.* quæ respectu Vasalli insuper jurata, non patitur hanc inhonestam de Domino præsumptionē; quod sit tam profligatæ frugis homini facturus iuvestituram, per quam Vasallus vitæ incurrat discrimen. *fac. l. II. C. de transact.* Repugnat quoque investiti promissa fides & innata lucri cupido, non eò turpitudinis aut dementiæ prolapsura, ut integram hucusque servatam conscientiam & gratam mentem lædat, vel propter turpe factum felonix convicta, contra propria inveniatur laborare commoda. Hactenus igitur nudum desiderium spe iufallibili suppressum non facile exsurget (nisi suspensionem Juris sperati aut supervenientiam liberorum tanti facere velis) ad actum improbitatis suscipiendum. Præterea animus dolosus non constat ex actu quodam sensibili, quem in casu *d. l. fin.* inducebat clandestinitas tractatus: Nam colligi non potest ex eò, quod ignorante vel etiam invito possessore eiusmodi concessio feudi subsistat *II. F. 35. arg. l. 26. de R. I.* quippè nullum inde possidens sentit præjudicium, neque eius interesse violatur; adeoque eò licet non consentiente nihilominus negotium aperto Marte gestum intelligitur. Et si Vasallus eodem jure gaudeat in sub infeudatione. *II. F. 26. §. beneficium 35. §. similiter.* (quam tamen in casum aper-

DE JURE EXPECTATIVÆ.

aperturæ proximum, quò nulla spes proli amplius superest, propter suspicionem doli, extendere nolumus, vid. *Dd. inc. 1. II. F. 3.*) & refutatione. *II. F. 14. & 38.* cur eandem potestatem Domino denegaveris?

IX. Constat inde, præsumptionem malignitatis, in casu singulari ex circumstantiis & rationibus civilibus subtiliter inductam, quoad præsens negotium, plane nullam esse; utpote quæ (1.) vix nutrita causâ impellente, eâq; non aggravatâ, sed (3.) æq; damni nullitate, ac (4.) lucri certâ spe suppressâ; nullâ (5.) pravitate cõcurrente, sed (6.) concõtrariis probationibus elisa & purgata est. Lubens prætereò, communẽ, & quam præcipuam Interpretes putant rationem, teste *H. P. L. 2. quest. 25. n. 5:* quod pacta jure prohibita respiciant rem prorsùs alienam, & speratam successionem; nostrum vero sit de re propriâ, atque conferatur in defectum juris tertii & caducitatem successionis. quæ ratio quidem affert distinctam horum naturam insufficientem tamen ad removendam à Jure præsumptam malitiam. Nihilominus eandem prioribus jungendo clariùs dignosces, quam fallax & periculosum sit, à diversis idem inferre, & quam iniquum, sub inani honestatis colore dominis, & præ primis Illustribus personis, quæ supereminentia Domini gaudent, liberam denegare rerum suarum administrationem. *l. 14. C. de contrah. empr. l. 21. C. mand. l. 55. ff. de R. J.*

X. Cæterùm libenter concedimus Klock, in Tractatu de *Ærar. l. 2. c. 40. n. 2. & 3.* quod aliquandò magis expediat, feuda Jure caducitatis ad Principes devoluta Fisco applicari; quoties nimirum inverecunda petentium inhiatio manifestò apparet, vel labescentes Imperii vires restaurandæ sunt: Cum vero non minùs interdum Principi & *Ærario* conducatur, optime meritis beneficiis afficere & eisdem vicissim servitiis tenere obstrictos, quam multa & otiosa possidere feuda; ideo, ex contingentibus expectativam quatalem perniciosissimum in vestituræ genus evinci posse, non est quod nobis persuaderi patiamur. Minus propter jam dicta, & infra *th. 15. & 20.* monenda, aliorum amplectimur sententias, qui angustis nimirum cancellis jura Expectativæ circumscribunt: dum potestatem concedendi vel tantum Principibus tribuunt, vel ad Feudum incertum stringunt, vel saltem possessore consentiente eam

B legiti-

legitimam agnoscunt, aut denique ad Feudum, cuius possessor non habet liberos, arctant. Neque tamen propterea nimia placet extensio Vultej l. i. de feud. c. 7. n. 47. existimantis, valere Expectativam, etiamsi conditio appositae sit; si Vasallus vivus jure suo cadat, & tunc minus rem esse controversam: quam sanè dubiam reddit honestatis ratio, arg. l. 83. §. 5. ff. de V. O. add. th. 2. fidesque inter Dominum & Vasallum mutua. arg. II. F. 6. 7. Sequitur Vultejum novissimè Ludvvell. Synops. jur. feud. c. 8. p. m. 197. propterea jure merito, à Viro Magnif. Johan. Rebhan: Patrono meo colendissimo in discursu ad cit. loc. notatō reprehensus.

XI. Ita vindicavimus Expectativam ab omni turpitudinis labe, præclusō insimul aditu ad ejusdem justitiam; quam tamen contrariorum caligine adhuc obrutam, antequam abeamus, paucissimis hinc repetere & ad lucem Solis exponere, constituimus. Nititur itaque Expectativa secundum dicta (1) *ratione naturali seu Jure Domini*. arg. l. i. §. i. ff. de acquir. poss. l. i. pr. ff. de A. R. D. v. th. 9. in fin. Dico, secundum hos textus, *ratione naturali, seu jure domini*, quatenus tacita quasi naturæ vox liberum flagitavit in res creatas exercitium, & communis Patrimonii apprehensionem; quæ ad proprietatem, modum rebus & societati humanæ convenientiorem, proclivior produxit jus domini; quod ulterius concessit liberam de rebus disponendi facultatem, ita tamen à Jure Civili certis limitibus contentam, ne conferatur in tempus illicitum, v. l. 62. pr. ff. de hered. instit. & ab injuria tertii prorsus sit aliena. Pluribus hoc persequi nostrum non est. conf. Andr. Rivet. prælect. ad Decal. Exod. 20. v. 15. Joh. de Dicastil. de l. & l. l. 2. tract. 1. disp. 1. dub. 10. n. 129. & seqq. Selden. l. 1. de domin. mar. c. 4. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. item Franc. Suarez. de LL. l. 2. c. 10. n. 1. & instar omnium Excellentiss. Bœcler. in Commentar. ad Grot. cit. loc. His primordia debet nostrum Adinventum Feudale, & ea propter. (2) *congruit Juri Civili*: Quæ convenientia insuper manifesta est, tum ex prohibitione legis cessante, arg. l. 27. C. de testam. l. 32. §. ult. C. de Appellat. vid. th. 6. & 7. tum ex similibus Jurium approbatione. Pari enim jure gaudet proprietarius in usufructu. arg. l. 2. C. de usufr. l. 3. §. 4. ff. usufruct. quemadm. cav. l. 28. l. 38. ff. de usufr. leg. Hartm. Pist. l. 2. q. 25. n. 8. Klock. d. l. 2. c. 40. n. 1. Gail. 2. obs. 155. n. 4. Domino Emphyteu-

Emphyteuseos eâdem ratione motus idem forsân non denegaveris.
 (3) *Fundamentum præcipuum & sedem propriam habet in Jure consuetudinario Feudali, II. F. 26. §. 2. I. F. 3. 9. 27. II. F. 35. quod per se sufficiens, ut tollat manifestam Juris Civilis pugnantiam. II. F. 26. §. filij. l. 32. §. 1. ff. de LL. §. 9. & II. Inst. de J. Nat. Gent. & Civ. cap. ult. de consuetud. eoque magis apparentem, add. Sutholt. diff. 1. §. 93. Accedit Jus Saxonicum Feudale in Lehenrecht. c. 5. his verbis: Zweyeyn Mannen mag der Herr ein Gue leihen/ also/ daß einer die Bewehr daran hat/ der andere das Beding/ ic. De usu fori, prout ab initiô monitum, testatur Hartm. Pist. d. l. n. 1. Klock. c. l. Hahn. de Jure rer. cap. 11. (4) Denique munita est autoritate Insignium Jctorum, & rationibus propugnata à communi Feudistarum schola in tit. 3. I. F. Bald. Alvarot. Matth. de Afflict. in Tit. 27. §. si quis. I. F. idem Decis. Neapolit. 292. Tiber. Decian. conf. 54. n. 11. Nicol. Reusn. l. 3. conf. 23. Alciat. ad l. ult. C. de pact. Socin. senior. conf. 52. l. 3. Socin. jun. conf. 76. n. 119. Rol. à Vall. conf. 2. n. 44. Hunn. Tr. Feud. c. 11. Bocer. de Investitur. Feud. c. 5. n. 15. Zas. in Epit. Feud. p. 6. n. 21. Ruding. l. 1. variar. lect. feud. c. 11. Borcholt. de feud. c. 7. n. 18. Fachin. 7. contr. 28. Hartm. Pist. sæpius cit. l. n. 5. usq. 10. Jan. ab Arced. conclus. feud. c. 1. concl. 5. Nicol. Everhard. jun. vol. 1. conf. 1. n. 1. usq. 10. Berlich. T. 2. concl. 54. n. 2. & seqq. Carpz. disp. feud. 6. th. 36. & aliis, quò plura desiderantem sub fine membri I. remittimus.*

MEMBRUM II.

Continens

ESSENTIAM EXPECTATIVÆ
 A JURE TRIBUTAM,
 PRINCIPIUM.

QUÆSTIO
 QUID SIT?

*Expectativa est Conventio, inter Dominum
 & extraneum, de feudo nondum aperto, in
 casum consolidationis constituendò, in ita.*

B 3

XII. Ha-

XII. *b* Haec hucusque Expectativa omnis malignitatis experta, suoque robore tuta, exhibet jam nobis principia interna eò confidentius & majori cum industriâ investiganda. Indolem igitur à jure ipsi inditam, & in limine præmonstratam, nunc intimius consideramus; adhibitori, quæ ad legitimam ejus constitutionem, & evidentio rem Constitutionis explanationem faciunt.

XIII. Rem ipsam antequam aggredimur, primò illis satisfaciendum, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderant, ut loquitur Imper. *in l. fin. §. 1. C. de constit. pecun.* Ipsa denominatio expedita est, & extrinsecus definito attributa; ab *expectando* enim dicitur respectu acceptantis & ratione spei conceptæ de existentia conditionis vel mortis. Inde Germani dicunt, *Ich me auff die Seese warten*; argumentò deductò ab Etymologia, satis imbecilli, nec tantoperè curandò, quantò remotius est à rei naturâ, & intellectu facile. Gail. *1. obs. 150. n. 6.* Gaudet præterea Expectativa aliis nominibus, quæ jure, autoritate Interpretum, & modernò usu recepta sunt; vix tamen verborum sonò discrepant: Sic dicitur, Investitura de Feudo, quod ad Dominum reverti speratur *II. F. 26. §. 2.* Investitura sub conditione, quâ Feudum aperiatur *II. F. 35.* de Jure Saxonico, Feudum sine possessione, teste Hartm. Pist. *d. q. 25. n. 74.* Ad d. vocatur Investitura de caducitate successionis. Bald. *in I. F. 27.* Investitura super excadentia Feudi. Jan. ab Arcedur. *concl. feud. 5. c. 1. n. 1.* Investitura in casum mortis. Berlich. *T. 2. concl. 54. n. 2.* Superinfudatio: it: Feudum Expectantiæ, Arcedur. *d. l. n. 2.* Promissio super feudò nondum apertò. Gail. *1. obs. 155.* German. *Geding / Lehen recht. c. 7. & 57. Lehen ohne Bewehr. c. 59. Expectants / Lehen. Expectants / Anwartschafft / Anwartsung eines noch unverledigten Lehens / Gnaden Lehen / Außgebeten Lehen / rei.* Hartm. Pist. *l. 2. q. 25. n. 1.* Vult. *l. 1. c. 7. n. 4.* Besold. *Thes. pract. voce Geding.* Wehnerus *verb. Anwartsung.* Quæ nomina licet aliquantò propius ad rei naturam accedant, vulgariter tamen impositum retinere duxi, ne dissentienti studiò nova meditare, vel in fronte rem potius describere quàm denominare videar.

XIV. Circa naturam seu qualitatem Expectantiæ à Jure productam consideranda veniunt I. Modus constituendi. II. perfo-

Personæ constituentes. III. Constitutionis objectum, & IV. Forma specifica. Constituitur I. Expectativa per conventionem, talem nimirum, quæ, super relicta & certâ, à personis habilibus celebrata, ex earum consensu efficax est. Contingit illud vel gratis, secundum primævam feudorum constitutionem, quæ plerumque propter benè merita fieri solet, I. F. 27. II. F. 23. Knich. de pact. invest. P. 1. c. 3. n. 266. vel re aut pretiò interveniente. II. F. 12. (quamvis rarò eveniat, ut quis reperiatur tam fallacis & fragilis spei emptor) quod, justum sive modicum sit, non mutat feudi naturam, variatò saltem modò constituendi regulari, vid. Franc. Sonsbeck. de feud. P. 2. c. 2. n. 8. & 10. Bocer. de qualit. & differ. feud. c. 5. n. 62. diss. Gail. 2. obs. 159. n. 16. & ab his cit. Celebratur porrò illa conventio vel actù intervivos, vel per ultimam voluntatem; & utròque modò parit actionem negotio gesto congruentem. vid. Bocer. de Investit. c. 2. n. 19. Rei vindicatione tamen exclusâ. Petr. Gudelin. de Jur. feud. c. 6. n. 2. Rectius autem hinc dictum est, Expectativam constitui per *Conventionem*, quàm nudam *Promissionem*. Siquidem promissio unius saltem animum se obligandi præsupponit, & ab alterò non acceptata effectu destituitur, vel aliquandò, re adhuc integrâ, revocatur. arg. l. 22. §. ult. ff. mand. quæ omnia aliena sunt à nostrâ Expectativâ. Ex eâdem ratione non congruum videtur definitioni genus *Jus succedendi promissum*; & quoniam extraneus non jure successionis, quippe qui ex sanguine primi acquirentis non descendit, sed propriò jure & vi factæ conventionis feudum consequitur: qui verò aliàs successor est legitimus, non facilè putatur quærere extraordinarium remedium, & jure jam in legitimâ propagatione radicatò infirmius (aliâ ratione agnatis de successione proximâ in bona vasalli pacisci licet, ut Membr. I. ostensum.) Denique minùs accuratè dici potest, Expectativam esse *Investituram* seu superinfudationem, arg. II. F. 2. pr. Nulla enim intercedit solennis negotii celebratio, vel eam rei traditio insequitur; neque desiderantur ea, quæ ad Investituram abusivam necessaria sunt. Hinc præsentia vel testimoniò Parium, aut signò aliquò externò opus non est, & interdum Principes curare debent, remotis arbitris ejusmodi celebrari, ut evitetur odium possessoris.

cæterorumque Aulicorum invidia : quamvis expediat facilioris probationis ergò datum esse instrumentum manû & sigillo domini corroboratum. (Angefälls Verschreibung) Et proinde magis est conventio conditionalis de Investiturâ, quæ post conditionis demùm existentiam, & à contingente morte possessoris intra annum & diem, civiliter acceptum, peti debet. *arg. I. F. 22. II. F. 24. Lehenrecht. cap. 57. verb. : Dann daß er den Herren erinnern binnen seiner rechten Jahrzahl. Hartm. Pist. l. 2. q. 26. n. 16. Neque antea ullâ renovatione indiget; ne quidem de Jure Saxon. ut pluribus demonstrat Hartm. Pist. l. 2. q. 30. & 31. Berlich. T. 2. concl. 54. n. 56. add: Constit. Elect. Augusti 45. p. 2. vers. Soviel aber die Folge des Bedings. Non tamen diffiteor, vocabulum Investituræ aliquantò laxiùs sumptum, aut si verbalem fingere velis, congruens esse definitioni, suffragante text. II. F. 26. §. 2. I. F. 3. 27. II. F. 35. & communi Dd. *th. præced. cit.* autoritate.*

XV. II. Personæ constituentes sunt Dominus promittens & acceptans vasallus ; quem in præmissò principiò ex probabili ratione extraneum diximus. Horum ulterius capacitas feudalis, præsuppositâ civili ad quamvis conventionem necessariâ, spectanda, & ex communi quoque feudi constitutione æstimanda est : ita ; ut, qui absolutè feuda potest concedere vel acquirere, sit etiã habilis ad concedendũ vel acquirẽdũ feudũ conditionatũ. Conferunt igitur in genere, secundum hoc principium (quod suggerit à majori ad minus, & ab iisdẽ firma concludendi ratio) Expectativam qui alienandi potestatem habent, *arg. II. F. 3. pr. I. F. 1.* Competit verò specialiter hæc alienandi potestas I. Dominis in rebus propriis, sine differentia sexûs, conditionis & dignitatis. Hinc à concessione Expectativæ non excluduntur feminae : ita tamẽ, ut, nisi Illustres, de Jure Sax. opus habeant curatoris conjugalis (Ehelichen Vormunds) vel alterius peculiaritèr constituti (Kriegischen Vormunds) consensũ v. *Glos. Landr. L. 1. art. 3. & Glos. Weichbild art. 20. n. 26. Constit. Elect. Aug. 15. p. 1. Schulz. Synops. feud. c. 4. n. 25. add. Carpz. def. forens. P. 2. const. 15. def. 19.* Competit quoq; eadem potestas Clericis, in rebus quæ ad illos spectant, *arg. II. F. 35. exceptis Monachis, qui nulla possunt habere bona. arg. Nov. 5. c. 5. Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles.* Neque differentia attenditur inter illos, qui

qui in dignitate constituti sunt, & plebeios. add. Rosent. *concl.* 3. c. 2. lit. C. Nam licet feuda à dignioribus recognosci soleant, & nostrum Investituræ genus in Aulis Principum frequentius sit, plebeiis tamen idem non denegandum est. *Vix enim est ut in Principe legitimo dari possit plenitudo potestatis quicquam differens ab ordinaria potestate*, dicit Ferd. Vasqu. *P. I. L. 1. contr. Illustr. c. 5. num. 5.* Diss. quoad Expectat: Andr. de Ifern. *in tit. 26. §. moribus. II. F.* Matth. de Afflict. *decis. 292. n. 34.* & quoad Feud. constit. Paulus à Mont. Pic. *in tit. de his qui feud. dare poss.* Exercitium verò domini, ob conditionem personarum, aliquandò est interdictum, vel certis limitibus circumscriptum. Inde nequeunt Expectativam concedere Impuberes, minores, furiosi, mente capti, prodigi, etiamsi tutoris vel curatores consensus accedat. *arg. II. F. 3. pr.* nisi causâ cognitâ decretum magistratus interveniat, aut dignitas eorum exigat vasallos, add. Sonsbeck. *de feud. p. 6. n. 4.* Præterea minores decretò opus habent, *arg. l. 4. l. 6. l. 15. C. de præd. min. l. 1. §. 1. l. 3. C. de his qui ven. art. diss. Finckelth. Diss. feud. 5. contr. 7. lit. C.* nisi juramentò concessionem confirmarint. *arg. Auth. Sacramenta puberum. C. si adv. vend.* Similiter mutus & surdus ad negotia civilia celebranda inhabiles, curatore & decretò indigent. *arg. §. 4. Inst. de curat. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tutela.* non verò qui mentis & consilii habent integritatem, eamque per signa exprimere possunt. *arg. l. 33. ff. de donat.* Porrò filiusfam. in peculio adventitio opus habet consensu patris. *arg. l. ult. §. 5, in fin. C. de bon. quæ lib. in castrensi verò & adventitio extraordinario liberè feudum concedere potest, arg. l. 15. §. 1. de pecul. castr. l. 7. C. de bon. quæ lib. Nov. 117. c. 1. §. 1.* Diss. quoad adventitium irregulare, Bocer. *Tract. de Invest. c. 3. n. 46.*

XVI. II. Habent alienandi potestatem, quodammodò limitatam, qui jura domini in bonis Reipubl. Ecclesiæ, vel Universitatis exercent. Hic statim ardua & anceps illa sese offert quæstio: *Utrum Imperator feuda Imperii majora in casum aperture, sine prævia deliberatione & voluntate Electorum & Statuum Imperii aliis concedere possit?* Affirmativam tuentur Nicol. Everh. Jun. *Vol. 1. cons. 1. n. 12. usq. 18.* Bocer. *Tr. de Regal. cap. 2. n. 61. & c. 4. n. 15. Tract. de pact. invest. c. 3. n. 7.* Berlich. *d. concl. 54. n. 9.* Ad negativam accedunt, Thom. Mich.: *de Jurisdic. concl. 13, lit. b.* Tob. Paurmeist. *de Jurisdic. L. 2.*

cap. 4^{or}

cap. 4. n. 7. & alii. Nos mediâ viâ ingredi tutissimum, & rem secundum diversa tempora, argumenta specialiora, & ex legibus Imperii petita breviter expediendam arbitramur: Olim siquidem circa præsens negotium liberior fuit Imperatorum potestas neque consilio Procerum adstricta: ut probat (1.) A. B. c. 7. §. 3. verb. si verò aliquem ex hujusmodi Principatibus Ipsorum, Imperio Sacro vacare contingeret, tunc Imperator seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipsò providere debet & poterit, tanquam de re ad se & Imperium legitime devolutâ. §. 6. 5. ibi: feudis Imperii duntaxat exceptis, & illis, quæ Sahn&ehn vulgariter appellantur, quorum investituram & collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum, specialiter reservamus. Idem arguit (2.) renunciatio huius juris à Maximiliano I. in investiturâ Eberhardi Ducis de Ducatû Wirtenbergicò factâ; quæ cautio sanè supervacua fuisset, si Leges & Capitulationes Imperii tum temporis liberæ concessioni feudorum Imperio apertorum, obstitissent. vid: tenorem Const: hâc de re factæ ap. Frid. Hordl. de caus. belli Germ. T. 1. l. 3. c. 1. Confirmant hoc (3.) egregia exempla: Sic Rudolphus I. ante A. B. Austriam legitimò hærede orbatam Imperio vindicans, eandem citra consilium Statuum Alberto filio concessit: unde Archiducum Austriae origo. Pari modò in Saxonia, extinctâ familiâ Urforum in Alberto, Sigismundus Imp. Fridericum Marchion. Misniæ Electoratû Saxonie infeudavit. test: Daniel Otto de I. P. c. 11. p. m. 226. Imprimis huc facit Illustrè Exemplum Friderici III. qui Alberto Saxoni A. 1483. die 26. Jun. Ducatum Juliacensem, Cliv. & Montanum, quorum apertura proximè sperabat, ob bene merita contulit. vid. Formal. Instrumenti. it. beneficii Confirmationē à Maximiliano I. Rege Rom. A. 1486. 1. Septembr. factam, & Eiusdem Imperatoris Renovationem A. 1495. insecutam ap. Limn. d. I. P. l. 5. c. 10. n. 12. Klock. consil. p. 1. consil. 7. p. 85. n. 240. Strauch. dissert. I. P. Exot. 9. th. 12. usq; ad fin. Laxiore itaque tum temporis existente Imperatorum potestate, frustra obiicitur Illustrissimæ Familiæ Saxonice; Concessionem Friderici toties confirmatam, propter consensum Electorum & reliquorum Ordinum non adhibitum, esse invalidam: Quæ propterea conseruationi juris inde quæsitæ, & A. 1610. 1611. novò insuper accedente investituræ & possessionis titulo magis corroborati, summâ cum industriâ semper prospexit. Vid. Auth. cit. & imprimis, die widerholste

holte summarische Deduction des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen/2c. quæ paucis abhinc annis Lipsiæ prodiit. Strauch. c. l. ubi cætera Illustriss. Domûs Saxon. Jura, quæ saltê delibasse nostro instituto sufficiat, adducit & pugnantis respondet. Verùm successû temporis jus circa feuda vacantia Imperatori competens, ob summam utilitatem & restaurandas Imperii vires, temperari cœpit, & tandem libera alienandi potestas ad commune arbitrium Electorum collata est. Quod (1) probant sanciantque quotquot, à Carolo V. ad Leopoldum Imperatorem nostrum Invictissimum, Capitulationes juramentò firmatæ extant. In Capitulatione enim Caroli V. art. 24. disertè provisum, ut feuda majora Imperio aperta eidem reserventur; his verbis: Wann auch Lehen dem Reich / und uns bey zeiten unserer Regierung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen 2c. Die sollen und wollen wir ferner niemand verleihen / sondern zu Unterhaltung des Reichs / Unserer und anderer nachkommender König und Kaiser / behalten / einziehen und incorporiren; bis so lang dasselbe Reich wider zu Wesen und Auffnehmen kommet. Idem cautum reperitur in Capitulat. Ferdin. I. art. 23. Maximiliani II. art. 12. Rudolphi II. art. 25. Matthiæ art. 29. Præterea in Capitulat. Ferdin. II. art. 28. & Ferdin. III. art. 32. Concessio Expectantiarum prohibita; & demum in Capitulat. Ferdin. IV. art. 30. & Leopoldi moderni Augustissimi Imperatoris prohibitio eod. art. ad consensum Electorum restricta est, per verba: So sollen auch die Lehenbrieff und Expectantien über des Heil. Reichs angehörige Lehen / welche bey einer andern / als unserer Reichs Cansley / und ohne Vorwissen der Herren Churfürsten / ins künfftig ertheilet und außgefertiget werden möchten / ganz ungültig seyn. Limn. T. I. Jur. P. l. I. c. II. n. III. Observ. ad A. B. c. 7. §. 3. obs. 7. & in Annot. ad d. Capitulat. Caroli V. art. 24. & 31. conf. Sleidan. l. I. comment p. m. 21. & 29. Goldast. in den Reichs. Sakungen. P. 2. sub anno 1519. & in Politischen Reichs. händeln P. 5. sub anno 1585. (2) Facit huc quodammodò generale argumentum, petitum à dignitate & potestate Statuum, in negotiis gravioribus cum Imperatoria concurrente; de qua in A. B. passim, & in Capitulationibus Imperat. art. Wir lassen auch zu / & art. Zu dem / und insonderheit / 2c. ubi vid. Limn. in Annot. & prolixius T. I. J. P. l. 4. 6. 8. T. 5. Addit. ad h. lib. c. 8. (3) Rem
C itidem

itidem exempla illustant. Sic Anno 1625. 13. Aug. Ferdinandus II. interveniente consilio & approbatione Electorum Johanni Georgio I. Serenissimo Electori Saxoniae Gloriosiss. memor. propter singularia ejusdem merita, & praerimis seditionis tempore exhibita officia fidelissima, Expectantiam in feuda Illustriss. Comitum de Hanav & Schvarzenburg, item Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium concessit: quam Caesareo diplomate confirmavit Ferdinandus III. Pragae A. 1638. 17. Septemb. *Limn. T. 5 J. P. Addit. ad l. 5. c. 15. p. 453.* * Similiter Ferdinandus III. A. 1648. 24. Octob. in generali Pacis publicae constitutione, communi adhibitō Statu-um consensu, disposuit, ut, deficiente generatione masculinā Domus Electoralis Brandenburgicae, ulterior Pomerania cum citeriore totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi Regibus & Regno Sueciae cederet. *vid. Instrum. Pac. Caes. Suec. art. 10. §. titulis & insigniis.* Vicissim verò Serenissimus Elector Brandenburgicus, compensationis ergò, Expectantiam in Episcopatum Magdeburgensem obtinuit, *Instrum. Pac. art. 11. §. Similiter.* eundemque nunc firmiori jure & transmutatō nomine tenet. Distinguendo itaque tempora concordabit Doctorum discrepantia, & quivis inter opinionum fluctus facile emerget: quamvis adhuc dissentiat *Bocerus in Tract. de Regal. c. 2. n. 6. & c. 4. n. 15.* quem in *Tract. de Invest. c. 3. n. 67.* aliquantò liberius loquentem hinc compendiosā *Sleidani versione, l. 1. Comment. p. 29.* seductum, nimis strictam interpretationem dictae Capitulationis Caroli V. arripuisse, cum *Buxtorffio dissert. ad d. c. 7. A. B. th. 87. n. 1.* & *Klockio c. l. n. 15.* credimus. Illud tamen non praetereundum, quod, salvis praedictis Imperatorum Capitulationibus, feuda Electoratum ad Imperium devoluta, si pacta de succedendō confirmatione Imperatoris roborata non ad-sint, & adhibitā limitatione in Instrumento Pacis *art. 4. §. Quod si verò.* expressā, necessariò rursus cuidam in feudum concedenda sint per *A. B. c. 7. §. pen. Arum. ad A. B. disc. 4. ad c. 7. th. 17. Rumelin. ad A. B. disc. 7. th. 11. Buxtorff. c. l. Carpzov. de L. Reg. cap. 7. sect. 4 n. 27. Klock. cit. l. n. 16.* ubi exempla. Idque propter salutem & summam utilitatem Imperii, ne scil. numerus Electorum minuatur, & ita moles, (verbis *Limnaei* utor *T. 4. Addit. ad l. 3. c. 7. num. 69. pag. 346.*) cui sustinendae assignatum tantum numerum sufficere, antiqui in arte

arte periti determinarunt, numerò paucioribus periculosè paulisper innixa concidat, tanquam *subductis tecta columnis*. An verò collatio Electoratum Imperio apertorum à solò Imperatoris arbitriò dependeat, neque ullæ in illa Electorum partes sint, in Conventu Ratisponensi An. 1623. & extra eundem inter Electores ex diversis fundamentis quæsitum est, & à Jctis quoque *jam citat*: secundum diversa temporum intervalla & adhibita distinctionum temperamenta disputatum; prout testatur Lundorp. *T. I. l. 6. c. 151. & seqq. p. 1066. & seqq.* Limn. *d. l.* Quam litem nondum sopitam, & quantum Insignis cujusdam Viri fides docuit, Comitibus adhuc durantibus subjacentem, Superiorum judicio relinquimus.

XVII. Investituram & Jura Episcopalia in feudis Regalibus Ecclesiasticis, olim à Francorum Regibus, & progressu temporis à Carolo M. ejusque Successoribus jure Majestatis exercita, agnita quoque ab Hadriano, ut Gratianus refert in Decretò *dist. 63. c. 22.* add. Onuphrius Panvin. *in Gregor. VII.* Arnif. *de Jure Majest. l. 2. c. 6. n. 10.* Carpzov. *ad L. R. c. 2. sect. 5. n. 13. seqq.* tempore Henrici IV. sibi vindicavit Papa: adhibito quandoque in rebus arduis & majoris momenti infeudationibus Cardinalium consilio, *c. 2. X. de feud. c. 17. §. decet. de Elect. in 6.* vid. Christoph. Lehman. *Chron. Spir. l. 2. c. 41.* Walthamus *Tract. de Invest. Episcop. per Imper. faciend. Crantz. Saxon. l. 2. c. 15. 23. & in Metropol. passim.* Goldast. *in Constit. Imper. T. 2. p. 39. & T. 3. p. 654.* De quibus postmodum inter Henricum V. & Paschalem Papam, transactum, tandemque per concordata Nationis Germanicæ An. 1448. inter Fridericum III. & Nicolaum V. inita, Jura Episcopalia communicata sunt. conf. Goldast. *in Constit. Imper. T. 1. p. 53. & p. 211.* Otto Frisingens. *in Gest. Frider.* Cum verò subsequenti seculò repurgata esset Religio, & Augustanæ Confessionis addicti repetitis toties querelis jugum Pontificum intolerabile excuterent; vid. Goldast. *d. l. p. 215.* Hortleder. *in Reichs. händeln. l. 1. fol. 515.* inde sæpius de relaxatione deliberatum, ut docet N. N. de An. 1500. *tit. Wie man mit dem Papst handeln soll.* it: de A. 1524. §. Und ist darauff. *re. & 1530. §. Als auch Teutscher. re. & demum Pontificis universalis circa sacra & bona Ecclesiastica arrogata potestas per Transactionem Passaviensem Ann. 1552. initam, & Ann. 1555. insecutam Pacificationem Religiosam, nuperâ quoq;*

Pacis publicæ constitutione *art. 5. §. 1.* expressè confirmatam, suspensa est, & nunc Jure superioritatis exercetur. vid. *Instrum. Pac. d. art. 5. §. 3. usq. 10. it: §. 16.* In peculiaribus Ecclesiæ bonis Prælati, vel cum vel sine consensu Capituli, prout loci consuetudo vel immutata primæ concessionis causâ exigit, res infeudari solitas denuò concedunt: Sede autem vacente idem potest Capitulum. *I. F. 1. & 6. pr. c. 1. & ult. X. de feud. ubi Dd. add. Bocer. de Invest. Feud. c. 3. n. 55. seqq. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. l. 1. cl. 2. c. 9. n. 166.* Porro in bonis Imperii, quæ ad Ducatum, Comitatum &c. spectant, Duces & Comites, qui illis præsunt, citra consensum Imperatoris & jure quodam *ἀντονομία*, feuda & Expectantias concedunt. *arg. I. F. 1. pr.* vid. *Rosenth. c. 9. concl. 44. n. 10.* Denique in bonis civitatis publicis, illis, penes quos est civitatis gubernatio, præcedente causæ cognitione & interveniente decreto, hoc jus tribuitur, *arg. l. ult. C. de vendit. rer. civ. add. Conrad. Zahn. Jchnograph. Municipal. c. 69.*

XVIII. Acquirunt Expectativam ex præmissò principiò *Th. 15.* omnes, qui rerum habent commercia, non observatâ ratione sexûs, conditionis aut dignitatis Politicæ. *arg. II. F. 3. §. 1.* Hinc ad acquirendum iterum habiles sunt (1) Fœminæ, *arg. I. F. 8. §. 2. & II. F. 30.* (2) Impuberes, minores, furiosi, prodigi, mûti, surdi &c. adhibitâ tamen efficacioris obligationis causâ, tutoris vel quandoque curatoris autoritate. vid. *Bocer. de Investit. c. 3. n. 135. Rosenth. c. 3. concl. 8.* item filiifam. qui semper integrum habent usumfructum, *arg. II. F. 23. Finckelthaus. Diss. feud. 5. th. 5.* (3) Rustici & plebeji; quos quidem excludit textus in *LehnRecht. c. 2.* obstante tamen contrario usu. *Coler. decis. 77. Carpzov. P. 3. const. 28. def. 5.* item Clerici & Monachi, qui posteriores acquirunt Monasterio. vid. *Rosenth. d. c. 3. concl. 4.* Sciendum verò est, quod ejusmodi personis ad juramentum & servitia præstanda inhabilibus, simul ex tacitâ voluntate ea vel remissâ, vel per alium expedienda, aut aliquandò ad legitimam usque ætatem vel morbi discessum jura Domini reservata censeantur. *arg. II. F. 26. §. 5. & II. F. 55. §. 1. add. Bocer. d. c. 3. n. 145. Andr. Kohl. de Servit. feud. P. 1. n. 111.* Modò hoc accipias de conferente conditionis personæ gnarò, & incapacitate tempore concessionis jam præsentem: propter ignorantiam enim excusabilem,

excusabilem, aut pendente conditione supervenientem inhabilitatem, Dominus quandoque concessionem revocare potest. *arg. II. F. 3. §. 1. & II. F. 26. §. qui Clericus.* Excluduntur contra ea ab acquisitione illi, qui non habent rerum commercia, ut sunt Hæretici, banniti Imperii, deportati de crimine publico, infames &c. vid. *Gail. de P. P. l. 1. cap. 6. n. 9. & 10. Rosenth. c. 3. concl. 23.*

XIX. Hæc de personis conferentibus & acquirentibus, quarum consideratio, quippe generali feudorum constitutioni magis propria, paulò latiore ab instituto suasit digressum. III. **Objectum Expectativæ & tractationis nostræ adæquatam,** quod generalem conventionem restringit, est feudum nondum vacans, seu adhuc à vasallo possessum. Illud antecessori in re habili & legitimò modò constitutū, vel ad eundem translatum (ut præsupponitur) cum eadem qualitate transit ad novum possessorem, *arg. II. F. 48. add. Rosenth. c. 2. concl. 54.* Quandoque tamen diversum suadet celebratæ conventionis ratio, vel secutæ investituræ tenor, *arg. I. F. 14. §. 2. II. F. 18. l. 23. ff. de R. I. Gail. 2. Obs. 50. n. 15:* Cui præcisè inhærendum, aded ut hîc nova Investitura non restringatur ad antiquiorem, sed, quia planè novum jus extraneo confert, secundum propriam vim & voluntatem contractantium æstimetur, *arg. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. Hartm. Pist. l. 2. q. 1. n. 3.* quantumque fieri potest, regulari feudorum juri conformetur; & in genere accipiatur illud, quod minus, nec damnosum alteri, *arg. l. 9. ff. de R. I. l. 83. §. 3. de V. O. conf. Struv. Syntagm. Jur. feud. cap. 8 aph. 8.* Ex quò statim liquet, quòd, si feudum priori vasallo constitutum fuerit degenerans seu improprium, eodem nativò non concessum intelligatur posteriori; licet de immutatâ naturâ ex verbis conventionis non constet: E. g. Feudò ante Francò noviter concessò, non factâ mentione servitiorum, non remissa censentur servitia; neque pactum antecessoris juvat novum acquirentem, qui non jure quæsitò, sed propriò & secundum regularem naturam feudum accipit, *arg. II. F. 2. §. fin. junct. l. 11. §. 1. ff. de act. empt. conf. Bocer. Tract. de Jur. & commod. servit. l. 1. c. 4. n. 40.* Pariter dictis congruum est, quòd, cum totus acquisitionis titulus à Jure concedentis, & propriâ rei concessæ naturâ dependeat, novus va-

fallus, quippe causam habens à Domino, ad onera, quæ vel ex oppignoratione cum consensu Domini facta feudo cohærent, vel illud citra expressam oppignorationem primariò vel subsidiariè comitantur, præstanda obligetur: H. e. solvere teneatur debita cum consensu Domini à præcessore contracta, & quæ specialiter ob summam æquitatem usus approbavit: ita, ut feudo vel principaliter annexa sint; ut debita in feudi utilitatem versa, residuum pretii quò feudum emptum, dotalitium: vel deficientibus aliis bonis ex eò præstanda veniant; quò refer educationem & dotationem filiarum, alimenta filiis ad succedendum inhabilibus præstanda, legitimam, impensas in funus defuncti vasalli erogatas &c. De quibus vid. I. F. 6. §. ult. Const. Elect. 46. p. 2. & ibid. Carpz. it: l. 4. Resp. 63. 65. 78. & in Tract. de Oner. vasalli per tot. H. Pist. l. 2. q. 37.

XX. Frustrà autem, ob vanum periculi timorem, Jacobin, de St. Georg. Tract. feud. in verb. investivit talem. n. 12. vers. potestis aliter. quem sequitur Cæsar de Ursill. in Addit. ad Matth. de Afflict. decis. 292. & Menoch. c. 1. n. 420. restringit Expectativam ad feudum saltem incertum, (respectu scil. plurium vasallorum, quos Dominus habet; quia secundum naturam obligationis certum est.) Jure Sax. ein Jre-Lehn / ein Jre und ungewiß Beding. Lehn-Recht. c. 7. Anwartsung an eines unbefanten Mannes Gut. c. 57. Cum enim nullum propterea possessori immineat periculum, satisque ipsi consultum in Th. 8. Memb. 1; ideoque nihil impedit, quò minus simul certum & nominatum (ein benant Beding / Anwartsung an eines benanten Mannes Gut. c. 55.) comprehendamus. Neque cum Placentinis I. F. 27. §. Si quis. & horum assecla. Frider: Schenck Baro à Tautenberg. in tit. 26. §. Moribus. II. F. interesse arbitramur; utrum consentiente, ignorante, vel invito feudi possessore promissio facta sit, per text. II F. 26 & 35. Lehn-Recht. c. 10. verb. Etliche Leute sagen / daß einer kein Beding jemand leihen möge / man bitte dann den darumb / der das Gut in Gewehr hat; das ist doch nicht. Gail. 2. obs. 155. n. 2. Hartm. Pist. l. 2. q. 20. n. 1. & 25. n. 11. Carpzov. P. 2. Const. 45. def. 1. Nam suo jure utitur Dominus citra vasalli injuriam aut violatum interesse, qui propterea de clandestinitate conqueri non potest. Jan. ab Arced. l. 1. concl. 5. n. 11. Sicuti autem promissionem, salvo possidentis jure & absq; ejusdem consensu, procedere diximus,

ita

ita contra ea concedamus necesse est, quod, ne detrimentum aliquod ipsi contingat, simili modò ad alienationem feudi, investiti consensus necessarius non sit, nec is, nullò munitus remedio ad experiendum validò, feudum à vasallo vel ejus successoribus legitime alienatum revocare possit. *arg. l. 6. §. ult. ff. de neg. gest.* Quod Jure Sax. expressè cautum reperitur, *Lehn-Recht. c. 5. & 57.* & prolixius probat H. Pist. *l. 2. q. 28.*

XXI. Consistit denique IV. Forma Expectativæ specificæ in eò; ut conventio generalis ad suum objectum, feudum nimirum nondum vacans, restricta conferatur in casum consolidationis. Purè siquidem facta investitura non valet, cum sit damnosa possessori, & ipsi citra culpam feudum afferat. *I. F. 9. II. F. 35. Rosenth. c. 4. concl. 9. H. Pist. l. 2. q. 25. n. 12. Berlich. T. 2. concl. 54. n. 44.* Et hoc in tantum procedit, ut nunquam robur accipiat, sed semper remedio nullitatis elidatur obligatio; etiamsi (1) postmodum casus aperturæ eveniat. *arg. l. 29. ff. de R. I. l. 98. §. 8. ff. de solut. Matth. de Afflict. in cap. Si quis fecerit. I. F. 22. H. Pist. d. l. n. 13. Berlich. c. l. n. 45.* aut licet (2) conventio confirmata sit stipulatione. *H. Pist. n. 14. vel moribus nostris juramento. arg. l. 5. C. de LL. vid. th. 4. H. Pist. l. 4. q. 6. n. 68.* aut (3) investitus possessionem nactus fuerit. *H. Pist. d. q. 25. n. 13.* Imò licet (4.) consentiente possessore concessio facta sit, *arg. l. 15. §. ult. in fin. ff. de usufr.* Non potest enim possessor consentire in puram concessionem, & simul retinere feudum integrum; nisi ex mente contrahentium constet, quod respexerint casum futurum: Cum quò temperamento veram existimamus limitationem *Boceri de Invest. c. 5. num. 14. vers. eatenus.* Probè siquidem, in hoc & similibus negotiis, mens & voluntas contrahentium inspicienda est, ne propter nimiam subtilitatem verborum, latitudo voluntatis contrahentium impediatur. *l. un. C. ut act. & ab hered. & contra hered. & c. l. fin. C. qui pot. in pign. add. Struv. Syntagm. Jur. feud. c. 7. aph. 5. n. 2.*

XXII. Æstimanda autem est illa consolidatio respectu Domini; quoties nimirum utile dominium, naturâ quasi & favore Juris adminiculante, directo iterum accedit, & ad pristinam redit naturam: Quod variis modis contigit, ut per extinctionem familiæ
primi

primi acquirentis, præscriptionem, lapsum temporis, feloniam à vafallo commiffam &c. Hinc, fi generaliter in defectum juris tertii concessio feudi facta fit, quolibet horum aut fimilium existente effectum fortitur conventio, *II. F. 35. & ibid.* Matth. de Afflict. *n. 3.* Neque femper necesse est, ut proxima spes aperturæ appareat. *H. Pift. c. l. n. 20.* Sin verò certa determinetur conditio, tunc non nisi in formâ specificâ, adimpleri debet. *Andr. de Ifern. II. F. 26.* *Hartm. Pift. n. ult.* facit expressè textus in *Lehn- Recht. c. 5. verb.* *Lâset auch der das Gut in Bewehr hat/ seinen Herrn auff/ das Beding ist gebrochen:* nisi, virtute casûs expressi vel mente concedentis, omissus comprehendatur, ut *præced. th.* monitum.

XXIII. Cum tamen plerumque in casum mortis instantem, quò possessor sine legitimò herede decedit, conditio concipi solet, nec patiatur honestatis ratio in casum privationis specialiter eam conferre, *Vide th. 10;* Inde ex frequentiori usû Juris dispositio nonnullis nata videtur, *arg. I. F. 9. 22. l. 3. 4. 5. ff. de LL.* & in eâ declarandâ major est *Dd.* assiduitas & discrepantia. Sed frequentior usus in cæteris non infert legis prohibitionem, vel hoc locò generalem dispositionem textus, *II. F. 35.* tollit. Idcirco inter alia quæ latius à *Dd.* circa hunc communiorem modum tractantur & disputantur, notandum est & ex dictis liquet, (1) quod nihilominus Expectativa rectè concedatur in feudo, cujus possessor habet liberos tempore promissæ investituræ existentes, & quando spes aliquantò apparet remotior, *H. Pift. d. l. n. 19. & 20.* *Jan. ab Arce- dur. concl. feud. 5. c. 1. n. 25.* *Vult. l. 1. de feud. c. 7. n. 18.* dissent. *Glofs. ad §. Si quis investierit. I. F. 27.* *Matth. de Afflict. ibid.* *Fachin. l. 7. controv. c. 28.* *Bocer. de Invest. c. 5. n. 17.* ubi refutat *Hartm. Pift.* ex principiis nunquam concessis; & quodammodò *Berlich. d. concl. 54. n. 51. 52. & 53.* nimis subtiliter casus distinguens. Dictum autem notanter: *liberos jam tempore promissæ investituræ existentes*, quia, quod (2) notandum, per supervenientiam liberorum concessio evanescit. *arg. l. 8. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. 8. C. de Revocand. donat.* quod disertè cautum in *Lehn- Recht. c. 20. & 72.* *H. Pift. n. 15.* nisi iterum liberi ante parentem decesserint, ut manifestè decidit textus in *d. c. 20.* ibi: *der Sohn der ehe ic.* *H. Pift. n. 17.* *Vult. c. l. n. 49.* vel conditio in mortem possessoris & liberorum extensa sit. *H. Pift.*

n. 18. Vult. n. 50. Sin verò vasallus uxorem prægnantem reliquerit, investitus mittitur in possessionem, donec partus editus est, qui feudi capax excludit possessorem, *arg. l. 7. & 26. ff. de statu hom. text. express. in Lehn-Recht. c. 72.* (3.) Vi restrictæ conditionis in casum, quò vasallus sine liberis decedit, sequitur illud, (de quò supra dictum) quod, si aliò modò feudum Domino aperiatur, v. g. propter feloniam, aut refutationem vasalli, non dici possit conditionem extitisse, & propterea Dominum obligatum esse ad feudum tradendum: etiamsi postmodum vasallus sine liberis decedat; quia illa conditio non simpliciter respicit vasalli mortem, sed requirit, ut mors illa causa quasi sit, quâ domino feudum aperiatur, *arg. l. 21. ff. de vulg. & pup. substit. l. 55. ff. de condit. & demonstr. facit huc textus in Lehn-Recht. d. c. 5. Schrader. de Feud. P. 3. c. 2. num. 50. Hartm. Pist. n. ult. Berlich. n. 66. Carpzov. Part. 2. constit. 25. def. 3. Diss. Vult. I. de Feud. c. 7. n. 71. Coler. Vol. 1. conf. 16. Goth. Anton. Disp. feud. 4. th. 5. lit. D.* Tandem (4) circa hunc vulgarem casum monendum est, quod, si Dominus concesserit alicui feudum viventis, quem mortuum putavit, concessio non valeat; licet itidem postea vasallus sine heredibus moriatur, *arg. l. 29. ff. de R. J. Andr. de Ifern. ad §. 2. II. F. 26.* Nec vice versâ, quando mortuus est, quem viventem credidit Dominus, effectum sortitur promissio; nisi purus adsit Domini consensus, vel constet, quod partes simul respexerint aliud, quàm expressum negotii genus, & ex eodem velint esse obligati: Cum quâ limitatione veram existimamus sententiam Schraderi

l. l. n. 52. & 53.

D

MEM-

MEMBRUM III.

*Tractans*EFFECTUM EXPECTATIVÆ EX
LEGITIMA CONSTITU-
TIONE NATUM.QUÆSTIO
CUR SIT?

PRINCIPIUM.

Expectativa producit actionem personalem, quæ conditione existente competit illi, cui facta promissio, contra Dominum, ut feudum per solennem investituram constituat, vel quandoq; interesse præstet.

XXIV. Constitutio Expectativæ quoad conventionis modum perfecta, & à personis habilibus ad propriam rem certamque formam determinata, specificum quoque producit effectum, & negotio gesto adæquatam dat actionem. Hanc declarat prælibatum principium, generaliter præmonstrandò I. Ex quâ causâ prodeat. II. Cui. III. Adversus quem. IV. Ad quid competat. & denique V. quò tempore institui possit? Quibus nunc altiùs & solide inquirendis destinatum est Membrum III; ultimus susceptæ tractationis labor.

XXV. I. Fundamentum hujus actionis proximum est conventio inter partes celebrata; (de quâ *in Th. 14.* cui hanc uberioris declarationis causâ addas) quæ, citra rei traditionem, ex solò promittentis & acceptantis consensû quocunque modo declaratò, efficacem prodit obligationem, & in nomen contractus transit. *arg. I. F. 3. 9. II. F. 26. §. 2. junct. l. 19. ff. de V. S. l. 7. §. 2. 4. ff. de pact.* Nam subest causa, seu negotium civile: fidelitas
nimirum

nimirum, quam quærit Dominus & offert vasallus; perinde ut in emptione res, quam desiderat emptor, & pretium, quod venditor accipit. Inde tamen non sequitur, hunc contractum esse innominatum; quò inclinat Vigel. *de Feud. c. 3.* Cùm enim illud negotium sub laxò istò dandi faciendique genere vagans non remanserit, sed ex legis dispositione certam invenerit contractûs formam; ideò specialis quoque nominis impressio penes legem remansit, & negotio determinato peculiaris indita est actio, *arg. dd. text. feud. junct. l. un. ff. de condict. ex lege.* add. Curt. Jun. *de Feud. P. 1. q. 9. n. 3.* Goth. Anton. *Disp. feud. 4. th. 2. lit. C.* Porrò ex dictis, rigorosâ investituræ interpretatione, *arg. II. F. 18.* aliisque principiis sat imbecillibus, parùm firmitèr colligit Janus ab Arcedur. *Concl. feud. 9. c. 3. n. 34. & seqq.* Bocer. & citat: *Tract. de Investit. c. 30. n. 40. usq. 54.* quod hic contractus sit stricti juris: quippe ex natura ejus proveniens evictionis & moræ præstatio, juramentum in litem, & pactorum in continenti contractui adjectorum idem effectus, bonam fidem probant. *arg. II. F. 7. §. 1. 8. pr. 28. 46. 80. junct. l. 2. 4. C. de evict. l. 32. §. 2. ff. de usur. l. 5. pr. ff. de in lit. jur. l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 23. C. eod.* Et prætereà Principum munificentia hîc plerumque obvia, largissimam meritò interpretationem recipit, *arg. II. F. 23. in fin. junct. l. pen. ff. de Constit. Princip. conf. Duaren. in Comment. in usus feud. c. 19. n. 4.* Joh. Niell. *Disp. feud. 4. th. 2. lit. D.* Goth. Anton. *c. l. lit. E.* Struv. *Syntagm. jur. feud. c. 8. aph. 4.* Illud autem facilè constat, quò obligatio inde nata saltem pariat jus ad rem & actionem personalem: præprimis cùm res hîc concedatur in futurum eventum, ubi sine traditione domini acquisitio est difficilior. vid. Marian. Socin. *jun. vol. 2. conf. 94.* Quod in tantùm verum existimamus; etiamsi accesserit Investitura abusiva, vel concessio per ultimam voluntatem, aut in re spirituali, vel à Principe facta sit: Illæ siquidem quâ tales, & in nudis repræsentationis terminis subsistentes, nullû jus in re producant; neq; rerum aut personarû singularis favor, feudum nondum per investituram perfectum respiciens, rei vindicationi facit locum. *arg. II. F. 2. pr. junct. II. F. 8.* vid. Rosenthal. *cum allegatis c. c. concl. 6. n. 7.* Bocer. *de Investit. c. 2. n. 28.* Hartm. *Pist. l. 2. q. 29. n. 19. 21. 31. 33.* Interdum tamen in controversia prælationis jus firmius tribuunt. vid. *Th. 31.*

XXVI. Ex hoc fonte promanans actio competit II. illi, cui feudum conditionaliter promissum, ejusque hæredibus; quorum primi acquirentis qualitate supra *Thes.* 18. consideratâ, hinc peculiaris est tractatio. Efficit transmissionem juris quæsitæ activam repetitæ sæpius conventionis natura, *arg.* §. 4. *L. de V. O. l. 13. C. de contrah. & comm. stipul.* add. *l. un. C. ut act. ab hered. & contra hered. l. 11. ff. de divers. & temp. prescript.* feudo assignata indoles, *l. F. 14. §. 1. II. F. 31.* & nostrum casum specialiter respiciens Juris dispositio, *l. F. 9.* Quamvis enim à Domino certæ personæ qualitas electa sit, & ab hac causatû beneficium videatur, eodem tamen favore; totam primi acquirentis familiam omnesque ex eadem æquales futuros, à concedente inclusos esse putandum est: ideoque effectus causati ob præsumptam illius mentem, nisi ad certam personam facta sit restrictio, in hæredes redundat. *Hartm. Pift. dil. 2. q. 25. n. 28. usq. ad 32.* Per eandem rationem illud sequitur (aliàs dubium. *arg. l. un. §. 3. C. de cad. toll. l. 4. pr. & l. 21. ff. quand. dies leg.*) quod, licet feudum ex cadentiæ ultimâ voluntate, aut per legatum relictum sit, nihilominus, investitio præmortuô, propter conjecturam testatoris voluntatem, cui conditio saltem extrinsecus & postulante rei legatæ naturâ adjecta est, spes casualis ad hæredes transmittatur; ut eruditè colligit *Struv. Syntagm. jur. feud. c. 7. aph. 8. n. 20.* Succedendi modus quoque inde manifestus est, & communi successionis ordini, nec non feudi proprio consecrarium, quod descendentes liberi primi acquirentis in capita, ulterioris verò gradus jure repræsentationis in stirpes succedant. *Nov. 118. c. 1. II. F. 11. l. F. 8. pr. II. F. 50. Lehn-Recht. c. 32. add. Land-Recht. art. 5. lib. 1.* Ascendentibus verò & collateralibus, nisi expresso vel tacito concedentis consensu, nullum jus esse quæsitum, feudi noviter constituti qualitas pariter evincit, *arg. II. F. 12. 31. pr.* add. *Bocer. de Success. feud. c. 5. q. 2. usq. ad 7.* Jus verò Saxon. quod indistinctè hæredes ab Expectativa excludit, *Lehn-Recht. c. 11. verb. Welsch Gut ein Mañ. & c. 26. verb. Angefallen* &c. usu iterum abrogatum esse, test: *Hartm. Pift. n. 35. Carpz. P. 2. Const. 45. def. 9. n. 5.*

XXVII. Datur hæc actio III. contra Dominum, qui secundum *Th. 15. 16. 17.* habilis pacto se obstrinxit ad feudum consti-

constituendum, eodemque vinculo obligavit hæredes. Suadet autem communis ratio & approbata Dd. sententia, ut circa successores Domini (quorum conditionem saltem hujus loci est inquirere) dispiciamus; an jure hæreditario succedant, i. e. causam successionis habeant à Domino; an verò jure proprio: quoniam ex hoc diversò succedendi modo diversa hæredum obligatio provenit, quæ facit distinctionem personarum, & ex eadem nascitur distincta obligationis transmissio, per cit. jura I. F. 3. 9. 25. II. F. 26. & 35. Qui jure hereditario seu modo civili succedit, merito Expectativam ab antecessore concessam servare tenetur. Hæres siquidem adeundo hæreditatem omnibus hæreditariis oneribus se subicit, & quia hæreditas fictione juris, tanquam jacens domina, defunctum repræsentat, substituendo se in ipsius locum unà cum defuncto persona fieri incipit, ejusque factum, perinde ac si ipse contraxisset, præstare tenetur. *arg. l. 149. ff. de R. I.* Quæ ratio regulæ suggerens fundamentum vim suam eò exerit, ut ex obligatione defuncti teneantur successores: Etiam si (1) illorum nulla facta sit mentio. Et licet (2) Dominus dixerit; *si mihi feudum aperiatur. arg. l. 38. §. 5. ff. de V. O.* Imò, prout quidam colligunt, quamvis (3) particula *Tantum*, addita sit. *arg. l. 8. §. 4. ff. de pignor. act.* Modò non expressè ad personam concedentis adjecta fuerit restrictio; verbis forsan; *si nobis vivis feudum aperiatur, wenn es bey unsern Eben erlediget wird.* Tenentur etiam (4.) illi, qui primò concedenti mediatè succedunt, & in quos obligatio sub conditione pendens in potentià quasi transit. (5.) Tam successores privati, quàm Reges, Principes &c. (6.) Procedit assertum nostrum in succedentibus ex pacto successorio, (e. g. Confraternitatis) qui, cum causam successionis à paciscente habeant, ad promissionem ejus servandam obstricti sunt. Aliter tamen res se habet, quandò non ipse, qui pacto alterum ad successionem admisit, sed ejus successor Expectativam tribuerit, nec apparuerit diversa contrahentium intentio. (7) Extendunt illud ad filios, qui tam beneficiò primi concedentis, quàm mediante patre, à quò jus sanguinis habent, succedunt; & denique, (8.) in casu singulari, ad agnatos: si nimirum promissio Expectativæ, secundum singularem conventionem, inter utriusque agnati (defuncti scilicet & successoris) proavos facta fuerit. De quibus ampli-

tionibus prolixius agunt Rosenthal. *c. 6. concl. 15.* H. Pist. *l. 2. q. 26.* Coler. *Decis. 88. n. 1.* Berlich. *d. Concl. 54. n. 2.* Schrad. *de Feud. l. 3. c. 2. n. 23. & seqq.* Carpzov. *P. 2. Const. 45. def. 5.* Tabor. *Tract. de Oblig. success. in off. c. 5. n. 20.* Quamvis autem à Jure communi Feudorum & approbatione Juris Civilis iterum discrepet Jus Saxon. tollatque transmissionem Expectativæ passivam, per textum *Lehn-Recht in c. 5. II. & 59;* usû tamen prævaluit Juris communis sanctio, & secundùm eam responsum & judicatum esse, testantur H. Pist. *d. l. n. 17.* Carpzov. *c. l. n. 16.* à quibus recedit Coler. *d. decis. 88.* Suffragatur quoque dispositioni communi Constitutio Elect. *45. P. 2.*

XXVIII. Qui jure propriò succedunt, promissionem de caducitate feudi ab antecessore factam, ratam habere non tenentur. Cessat enim transmissionis ratio, & jus successionis non causatur ex personâ defuncti, neque adest repræsentatio, vel à jure inductus consensus, qui successorem obstringat ad facta defuncti præstanda. Utuntur autem novo jure I. qui per viam electionis in beneficiò Ecclesiasticò vel seculari succedunt. Hinc successorem Prælati vel Episcopi, promissio antecessoris non obligat, per sæpius citata jura *I. F. 3. 25. II. F. 35;* neque eam ratione officii adimplere potest. *arg. cap. 2. X. de donat.* Limitant hoc Dd. communiter, (1) quandò consensu totius Capituli (quod in dubio præsumitur, Berlich. *d. l. n. 14.*) facta fuerit investitura, vel supervenerit ejusdem rati habitio. *arg. c. 14. X. de off. & potest. deleg. c. 7. inf. de immunit. Eccl. c. 21. de præbend. c. 5. de rescript. in 6.* H. Pist. *latè l. 2. q. 27.* à quò diss. Fachin. *7. contr. 29.* (2.) Si juris acquisitio jam consummata fuerit ab antecessore: puta, quod possessor decesserit ante Clericum; *I. F. 3.* licet executio juris quæsitæ per traditionem nondum fuerit subsequuta. Andr. de Ifern. *in c. 1. §. ult. I. F. 15.* dissent. Finckelthaus. *Disp. Feud. 7. contr. 12. lit. B.* & quamvis feudi aperti possessio ante mortem collatoris nondum sit avocata, sed adhuc penes tertium existat, Ifern. *c. l.* Aliter sentire videtur Tabor. *d. Tract. c. 6. num. 10.* (3.) Si investitus, vivò adhuc concedente, per missionem in possessionem consensu possessoris factam, jus quoddam reale impetraverit. *I. F. 3.* Quod eatenus rem afficit, ut non ampliùs in nudis personalis obligationis terminis subsistat; exercitium tamen possessionis in suspensio manet, & possessori integrum servatur. H. Pist. *d. l.*

n. 40. usq; ad fin. Inde cautus in acquisitione hęc remediõ optimè sibi conuulit. Addunt insuper limitationem (4.) quando propter benè merita aut necessitate exigente feudum à Prælatõ promissum. (5.) Si cum consensu vasalli concessio facta sit: Vel (6.) concedens in prima collatione simul hæredes expresserit; aut (7.) quis ex dispensatione certus de successione in concessionem consenserit. vid. Schrader. *de Feud. P. 3. c. 2. n. 38. & seqq.* Sed de hisce quatuor posterioribus limitationibus non immeritò cum nonnullis dubitamus: De prioribus verò, an Regulæ exceptionem ponant, vel non potius ex alio prodeant principio? cuius liberum esto iudicium. Similiter & eò magis persona secularis, quæ jure electionis succedit, Expectativam ab antecessore concessam servare non est obstricta. Nullam siquidem defunctus habuit in successorem, qui pari jure gaudet, statuendi potestatem, neque legem ipsi præscribere potuit inevitabilem, vel disponendõ de rebus futuris præjudicare. vid. Matth. de Afflict. *in c. 1. qui success. teneantur. n. 30.* Schrad. *c. l. n. 20.* Rosenth. *c. 6. concl. 17.* Quam tamen liberiores successoris circa secularia potestatem, variis iterum modis, Dd. constringunt; & connumeratis ferè iis, quos de Prælatõ adduximus, hos addunt præcipuos: Ita ut successor teneatur (8.) quando initiõ susceptæ successionis concessionem confirmaverit. vid. Rauchbar. *P. 2. q. 11. n. 17.* (9.) Si antecessor nomine dignitatis, seu de re ad ipsam dignitatem pertinente feudum promiserit. Cacheran. *Decis. 139. n. 11.* (10.) Si ejusmodi concessionem servare sit proficuum. Tib. Decian. *Resp. 25. n. 47. 59.* Tabor. *d. c. 5. n. 18. 19.* (11.) Quando successor simul fuerit hæres antecessoris civilis, respectu scil. bonorum allodialium. Tab. *n. 22.* (12.) Si ab antecessore per viam contractus & non simplicis gratiæ collatum sit beneficium. Tib. Decian. *Vol. 4. conf. 2. n. 123.* Reink. *d. R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 8. n. 26.* Verùm hos casus exceptos, partim dubios, partim aliunde petitos facilè itidem dixeris. Suadet, quidem aliquandò Principum autoritas & exuberantior fides, facta antecessorum non temerè esse revocanda, & nonnunquam æquitatis ratio monet, ne fructû suõ defraudetur industrius: Necessitas verò non stringit successores, nisi propria eorum accesserit obligatio, vel confirmatio prioris. Ex quibus simul liquet, quod successor in Imperio

rio non teneatur feudum tradere, quod in eventum consolidationis ab antecessore promissum, eamque concessionem nondum consummatam, licet simul sit heres antecessoris, sine læsione sublimitatis Imperatoriæ revocare possit. Feuda enim ad Imperatorem non revertuntur tanquam hæredem, sed tanquam electum successorem in Imperio: quæ diversæ qualitates in eadem personâ concurrentes diversis quoque juribus sunt obnoxia. *arg. l. 2. ff. de his quib. ut indigni.* id. de hac quæstione Nic. Everh. Jun. *d. vol. 1. conf. 1. n. 18. usq. 31.* Klock. *d. l. 2. c. 40. n. 60. usq. ad fin.* Cum tamen, ex dispositione Legis publicæ, nostris temporibus in præsentî negotiô Statuum consensus necessarius sit, ideò per ea, quæ supra *Th. 16.* dicta sunt, & paulò antè de Prælato monita, perpetuatur obligatio ejusque transmissio expedita est, & per adducta exempla in *d. Th.* probata. Add. Novissim. Capitulat. Imperat. §. *Wir lasen auch zu re.* & §. *In alle wege re.* Nicol. Everh. *d. l. n. 27.*

XXIX. II. Jure propriò nituntur, qui ex providentiâ primi acquirentis succedunt, vel per modum privationis, aut consolidationis jure, feudum consequuntur. Hinc promissio Expectativæ conditionis eventû nondum purificata evanescit (1) quando ad agnatos feudum devolvitur. (2) quando ante eventum conditionis Domini bona publicata, & in eadem Fiscus novò titulò, aut viâ privationis succedit: Et denique (3.) quando feudum redit ad Dominum superiorem, qui ejusmodi concessionem, ab inferiore in re particulari factam, ratam habere non tenetur. vid. H. Pist. *l. 2. q. 26.* Berlich. *d. concl. 54. n. 35. 36. 37.* Carpzov. *P. 2. const. 45. def. 6. & 8.* Schrad. *P. 3. c. 2. n. 26.* & uberioris declarationis causa addantur, quæ de alienatione feudi, & debitis feudalibus fusiùs Dd. tradunt.

XXX. Persequimur IV. hac actione, vel rem, quæ in conventionem deducta est, feudum nimirum Domino apertum; vel quandoque interesse petimus. Feudum ipsum cum omni accessione dari intendimus contra Dominum, qui facultatem rei tradendæ habet. *arg. II. F. 26. §. si facta.* H. Pist. *d. l. q. 25. n. 21.* à quò diss. Coler. *Consil. 58. n. 35.* Berlich. *concl. 54. n. 59.* Carpzov. *cit. l. def. 2.* Add: famosæ Dd. *discrepantie circa contractum*

Etum emptiois. Præterea, cum obligationi semel legitimè constituta renunciare jura non patiantur, *arg. l. 1. C. de O. & A. pendente conditione, adversariò invitò, neutra pars pœnitentiâ forsan ducta à contractu resilire potest: ut in specie de Domino tradit H. Pist. c. l. Berlich. n. 27.* Per initam conventionem tributa etiam intelligitur vasallo rem propriâ autoritate occupandi facultas; quod expressè permixsum per textum *Lehn. Recht. c. 5. 10. 57. vid. l. 9. ff. de serv. export. H. Pist. c. l. n. 26. Carpzov. p. 1. cons. 32. def. 27. & l. 1. Resp. 5.* Quam tamen potestatem contra tertium possessorem vel resistantem Dominum exercere nequit, *arg. l. 5. C. de vi priv. H. Pist. n. 27. add. Modest. Pist. p. 1. q. 9. n. 1. Carpz. l. 1. Resp. 8. n. 2.* Et præter illa, ut res prædictò modò occupata sub qualitate feudi possideatur, requiritur investitura; quâ Dominus possessori fidelitatem sibi promittenti, solennibus legitimis adhibitis, jus feudi constituit. *arg. l. F. 25. & II. F. 1. in fin.*

XXXI. Hòc locò dictis congruum est, quædam de Prælatione, in casu quò pluribus Expectativa concessa, adjicere: cum in eò præcipuus acquisitæ & retentæ possessionis effectus sese offerat. Paucis igitur tenendum, quòd tunc, juxta trita Juris principia *l. 2. ff. uti possid. l. 5. §. 1. ff. de Calumn. §. 4. l. de Interdict.* possessor plus juris habeat præ illis qui non possident; adeoque, qui legitimè possessionem adeptus est, omnibus præferatur: *arg. l. 15. C. de R. V.* Quamvis (1) titulò lucrativò feudum teneat, vel (2) protestetur Dominus, quòd velit prioribus jus integrum servare; & licet (3) anterior concessio à Principe, vel (4) in re Ecclesiasticâ facta sit. Possessio tamen non relevat contra illos, qui cum primâ concessione simul quoddam jus reale consecuti sunt. Et hoc, vel (1) ex conditione & voluntate conferentis, Principis nimirum, qui expressis verbis possessionem sine traditione in acquirentem transferre voluit; aut (2) favore rerum spiritualium, in quibus solâ beneficii promissione jus in re acquirimus. *arg. c. 12. & 14. de rescript. in 6. c. 17. 38. de præbend. in 6. vel (3) per simultaneam investituram. Conf. Matth. de Afflict. in tit. 3. l. F. n. 3. Rosenthal. c. 6. concl. 10. H. Pist. d. 1. 2. q. 29. Gothof. Anton. Diss. Feud. 4. th. 5. l. b. qui uberius rem declarant, dubia solvunt, & plures suggerunt exceptiones. Quando verò uterque possessionem prætendit, neque liquet quis prior*

E

aut

aut posterior eam nactus fuerit, illum, cui primò feudum promissū, alterò potiorem esse expediti juris est: Similiter, si nullus possideat, prior tempore potior jure censetur; *arg. d. l. 15. C. de R. V.* nisi posterior, alteri saltē promissione indefinitè factā, citra fraudem & morte vasalli nondum instante, in feudō certō investitus fuerit. *Lehn-Recht. c. 7. H. Pist. c. l. n. 7. Carpz. p. 2. c. 45. d. 2. n. 8.*

XXXII. Interesse petimus, quoties feudum ad alterum devolutum persequi non licet, æquivalens verò præstari Juris ratio suadet. Causam præbet huic remedio, vel factum conferentis, quò facultate tradendi destituitur; vel acquirentis damnum cum alterius lucrò eveniens. Illud contingit (1) in casu jam præmissò, quandò Dominus pluribus Expectativam in certō feudō promissit, quod uni saltem, juxta temporis vel juris acquisiti prærogativam, præstare potest. Nihilominus reliquis contra Dominum vel successorem competit actio ad interesse, *arg. II. F. 7. §. 1. Lehn-Recht. c. 11. §. 23.* Neque refert, quòd hæres de novo investiens ignoraverit feudum jam ab antecessore alteri promissum: *arg. II. F. 8. pr.* Scientia autem secundò investiti, vel à conferente addita clausula; *Juribus alienis semper salvis*, excusat. Alterum prætereà in possessione existentem, qui jus successionis prætendens casum aperturæ reddit dubium, Dominus propriis sumptibus expellere non tenetur, sed liberatur cedendò actionem. *H. Pist. l. 2. q. 25. n. 25.* ubi præjudiciò hoc confirmat. (2) Factum proprium Dominum ad interesse obstringit, quandò in alienationem feudi à vasallo factam consenserit. *H. Pist. d. l. 2. q. 28. n. 12. usq. ad fin.* Denique (3) Si feloniam commissam vasallo remisit: *arg. II. F. 35.* Præsuppositò, quod jam ille, cui generaliter in casum aperturæ facta promissio, per actionem, quà vasallus culpæ arguitur, intentatam & insecutam sententiam jus quæsitum habeat, *arg. I. F. 21. pr. Struv. Syntag. Jur. Feud. cap. 15. aph. 12. n. 9.* Pro æstimatione tamen feudi seu pecuniâ æquivalente solutâ, ne Dominus prædictis casibus damnum aliquod incurrat, tenetur vasallus rem immobilem emere eamque feudi nomine à Domino recognoscere. *Schrad. d. l. c. 5. n. 6.* Ad damnum acquirentis evitandum concessa est pecuniæ repetitio, in casu quò promissio feudi pretiò redempta est & successor ex jure propriò eam adimplere recusat: Inde propter causam non secutam, summam

summam pecuniæ reddere, & prætereà interpellatus, à tempore moræ in restituendo factæ, ad interesse obligatur, *arg. l. fin. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec.* Berlich. *d. l. n. 32. 33. 34.* & prolixè Nicol. Everh. Jun. *cit. l. n. 33. usq; ad fin. add. Th. 14. & 18.*

XXXIII. V. & ultimò de tempore instituendæ & finiendæ actionis, annexâ fori competentîâ, breviter videntum. Terminus à quò in ipsò consolidationis eventû actioni præfinitus est. Conditio siquidem factæ conventionis visceribus adhærens juris inde nati exercitium quoque suspendit; ita, ut, antequam purificetur obligatio, actorem jure suò excludat reumque exceptione plus petitionis præstet liberum. *arg. l. 43. §. 9. ff. de edil. edict. l. 4. ff. de pact. add. l. 213. de V. S.* Pariter celebrati negotii natura præmonstrat terminum ad quem. Quamvis enim hæc actio, utpote ex legitimo contractu proveniens, exemplò aliarum ad 30. annos durare & perpetua esse videatur; quò inclinatur Jan. ab Arcedur. *concl. Feud. 3. n. 40:* Adhærens tamen qualitas feudalis eam facit temporalem, annumque & diem ipsi præfinit: Intra quem vasallus petere debet investituram; nisi propter negligentiam aut legitimæ excusationis defectum jus suum amittere velit, *arg. l. F. 22. II. F. 24. Borcholt: de Feud. p. 1. c. 7. n. 29. Vult. c. 7. n. 21.* Idem annale spatium à Jure Saxonico præfinitum est in *Lehn-Recht* 6. 57. *add. Th. 14.* Et hoc tempus lege determinatum Dominus invito vasallò coarctare vel prorogare nequit: *arg. l. 4. §. 5. ff. de re jud. l. 74. de R. L.* vid. Schrad. *de Feud. p. 6. c. 2. n. 2.* In tantum, ut, si hanc potestatem sibi sumpserit, directum dominium eum amittere stantiant Carpz, *Disp. Feud. 6. th. 43. & citati. Fac. arg. II. F. 26. §. Domino. & 47. junct. II. F. 24. 40. 52. §. ult. Diss. quodammodò Struv. Syntagm. Jur. Feud. c. 13. aph. 9. n. 14.* Neque vasallum investituram illegitimò tempore oblatam recusantem feudò privare potest: Schrad. *d. l. Bocer. de Invest. c. 5. n. 9.* Quamvis discrepet Jus Saxon. in *Lehn-Recht* 6. 22. & 50. quod usu vix observari tradit Schultz. *Synops. Jur. Feud. c. 9. n. 67.* Mors quoque vasalli intereà temporis non petitâ investiturâ eveniens non impedit transmissionem, ut *cit. l.* monet H. Pist.

XXXIV. Instituitur actio prædictò tempore & modò cum effectu existens coram Paribus Curia, Germ. *Mann- oder Lehn-*

Gericht. Qualitas enim feudalis negotio gesto superaddita peculiare eidem tribuit forum; & quoniam res inter Dominum & vassallum agitur, ejusdem decisio, secundum communem procedendi modum (Nam Jure Feudali specialis Judiciorum ordo, nisi quoad probationem, non est præscriptus) instituenda, ad Pares Curia spectat. *arg. II. F. 16. 39. §. Si inter.* Nonnunquam tamen ex consensu partium causa controversa, perinde ut in civilibus, arbitrio tertii committitur: Deficiente autem foro feudali ad commune datur regressus. Quæ omnia prolixè explicant Dd. de judicio feudali agentes: Et inde pari modo quidam concludunt, controversiam inter Imperatorem & vassallum de Feudis Imperii immediatis à Paribus Curia dirimendam esse: Alii verò, innitentes Constitutione A. B. tit. 5. §. fin. & Ordin. Cam. P. 2. tit. 7. add. Instr. Pac. art. 4. §. Quia verò. in fin. Jus Imperatoris præcipuum esse asserunt, ut hinc in causâ propriâ jus dicere possit per se, sive per Officiales à se deputatos. Sæpius quidem in arduis ejusmodi negotiis Principum consilium adhibitum esse omnes docent, hujusque & prioris seculi usu in confessio est: An autem hoc ex necessitate & vigore singularis, ut vocant, Juris Principum, *des Fürsten Rechts* factum sit; magisve liberâ quâdam Imperatorum voluntate? acriter præ aliis invicem pugnant Limnæus de *J. P. l. 2. c. 9. n. 30. usq. 126.* & Reink. de *Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 19.* suamque rationibus & præjudiciis sententiam uterque defendit. Sed cum illis, dum Sacra Superiorum jura præcipitatō calamō profanare nobis religio fuit, non contendimus: Neque de Pontificis jurisdictione, quam in Rom. Imperium & universa ferè Regna superbè prætendit, quidquam dicturi; cum insolentia ista jamdudum explosa sit, nedum digna quæ ultimum hōc locō moveat lapidem. v. Reink. *l. 1. cl. 4. c. 4. 5. 6.* Carpz. in *L. Reg. c. 2. sect. 4. & seqq.* De cæteris æquum speramus Benevoli Lectoris judicium, atque nulli dubitamus, quin nobiscum maximam itineris partem hucusque emensus portum jam nobis commendet: Quem amplectimur, & vela contrahendō tribuimus

SOLI DEO GLORIAM.



ADDITAMENTVM.

In *Th. XVI. p. 18. sign.* * ex fide Limnæi mentio facta est Expectantiæ, Serenissimæ Familiæ Electorali Saxon: in Feuda Illustriss. Comitum de Hanavv & Schvartzenburg, propter singularia merita concessæ, & Cæsareo Diplomate confirmatæ. Copiam ejusdem, Archivis Superiorum concreditam, & inde securâ manu acceptam, ulterius exhibuit Clariss. Schas à Limnæo *d. l.* allegatus: Quam propterea, ad illustrationem materiæ, huic Dissertationi annectere visum est.

Tenor ita habet:

Ir Ferdinand der Dritte / von Gottes Gnaden / erwählter Römischer Kaiser / zu allenzeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böhheim / Dalmatien / Croatien und Slavonien *zc.* König / Erzherzog zu Oesterreich / Herzog zu Burgund / *zc. zc.* Bekennen öffentlich mit diesem Brieff / und thun kund allermänniglich / das uns der Durchleuchtigste Hochgeborne Johann Georg / Churfürst zu Sachsen / *zc.* in Unterthänigkeit zu erkennen geben / welcher massen Weyland der Allerdurchleuchtigste Fürst und Herr / Herr Ferdinand der II. Römischer Kaiser / höchstseeligster Gedächtniß / Unser freundlich geliebter Herr und Vatter / Seiner Liebden auß sonderbahren Gnaden und Bewogenheit eine Anwartschafft und Expectanz / nicht allein auff diejenige Stück / so die Grafen zu Hanaw und Liechtenberg / sondern auch auff alles das / was die Grafen zu Schwarzenburg / der vier Grafen des Reichs / Herrn zu Arnstat / Sundershausen / Lohra und Kettenberg / vom H. Reich zu Lehen tragen / und in ihren beederseits unterschiedlichen Lehenbrieffen begriffen und benennt / gnädiglich gegeben und mitgetheilet. Inmassen Uns dann Ihre Liebden

Liebden berührte Antwertschafft und Expectanz in glaub-
würdigen Schein gehorsamlich vorbringen lassen. Sovon
Wort zu Worten hernach geschrieben stehet/ und also lautet:

Wir Ferdinand der Ander / von Gottes
Gnaden / Erwählter Römischer Kaiser / 2c. 2c.
Bekennen öffentlich mit diesem Brieff / und thun
kund allermänniglich: Wiewohl wir auß angebohrner
Güte und Kaiserl. Mildigkeit geneigt seind / allen und jegli-
chen Unsern und des H. Reichs Unterthanen und Getrewen/
Unsere Kaiserl. Gnad mit zu theilen; so ist doch Unser Bez
müht mehr begierlich/ solches gegen denen in Werck scheinen
zulassen/ die Uns und dem H. Reiche/ als die nächsten Glied-
er/ die Bürden und Sorgfältigkeit desselben mit steten und
getrewen Diensten helfen tragen / und sich hierinnen mit
sonderem embsigen Fleiß für andern gutwillig erzeigen und
beweisen. Wann wir dann gnädiglich angesehen / wahr-
genommen und betrachtet die getrewe / auffrichtige / nützliche
und hocherspriesliche Dienste / so wendland Unsern nächsten
Vorfahren am Römischen Reich / Kaiser Rudolphen / und
Kaiser Mathiasen / hochlöblicher Gedächtniß / als auch
Uns selbst / von zeit an Unser angetrettenen Kaiserl. Regie-
rung / sonderlich aber bey der / vorgegangenen Jahren / und
Unsern widerwertigen Unterthanen und Rebellen in Unserm
Königreich Böhmen erweckt und angezündet / und hernacher
in die incorporirte und andere benachbarte Länder außge-
schlagen und außgebreiteten schweren Aufruhr und Wider-
setzlichkeit / der Durchleuchtigste Hochgeborne Johann Georg
Herzog zu Sachsen 2c. 2c. Unser lieber Oheim und Chur-
fürst geleistet und erwiesen: In deme J. Liebden die von uns zum
theil deroselben auffgetragene Executions-Commission mit
grosser Gefahr / ungeacht deroselbst eigenen Churfürstl. Per-
son / in herzhafften Helden- muth über sich genommen / und
vermittelst dero Heroischen Valor und trewer allfällenz die
Sache dahin dirigirt / daß gedachte widerwertige Untertha-
nen theils durch die Waffen / theils durch gütliche Submission
und Accommodirung zu schuldigen Gehorsam und gebüh-
render

render Subjection widerumb gebracht worden. Auch noch
mahlen in solchen lobwürdigen Actionen stets continuiren
und fortfahren/ und alles das/ so zu gänglicher Aufhebung
des im H. Röm. Reich Teutscher Nation wehrenden Ubel-
stands/ und Aufrichtung eines allgemeinen Friedens/ dienst-
sam und ersprießlich zu erhalten/ dero mit getrewem sorgfäl-
tigem Effer lassen angelegen seyn / auch noch hinfürderst
zu thun urbietig seyn / auch wol thun können/ mögen und
sollen.

Als haben Wir zu gnädiger Erkenntnis kürzlich an-
gezogener hohen Verdiensten / mit wohlbedachtem Muth/
gutem Rath/ rechtem Wissen / und auß selbeigener Beweg-
nuß obbesagtes Unsers Oheim des Churfürsten zu Sachsen
Liebd. und allen deroselben nachkommenden Männlichen
Lebens/ Erben/ diese besondere Gnad gethan / und denselbi-
gen nachfolgende Anwartschaften und Expectanzen/ auß
Röm. Kaiserl. Macht / Vollkommenheit / wissentlich in
Krafft dieses Brieffs gegeben und verliehen: Darüber Wir
auch der Ehrwürdigen / Durchleuchtig: Hochgebohrnen
Johann Schweickardten zu Maynz/ Ferdinanden zu Cöln/
und Philipps Christophen zu Trier / Maximilian Pfalts-
grafen bey Rhein/ Herzog in Ober- und Nider Beyern / 2c.
und Georg Wilhelm Marggrafen zu Brandenburg / zu
Stettin/ Pommern/ 2c. Unsern lieben Neven / Bettern/
Schwägern/ Oheimen und Churfürsten / approbation und
Bewilligung zu erhalten/ in keinen Zweifel setzen/ als nem-
lichen (*hic quædam negligentius descripta, & propterea omissa
sunt.*) Ingleichen die Anwartschafft und Expectanz aller
und jeder Stücke/ so der Hochgeborne Friederich Ulrich/ Her-
zog zu Braunschweig und Lüneburg / Unser lieber Oheim
und Fürst / Lehnsweiß von Uns und dem H. Reich inn hat/
und mit außrücklichen in der gesammten Hand mit der
Herzogen zu Lüneburg Liebd. oder auch der von Weyland
Kaiser Maximiliano II. / Christ- mildester Gedächtnuß/ dem
Churfürsten zu Brandenburg gegeben/ und auß jetztberühr-
te gesamppte Hand geruhete Expectanz begriffen.

* ij

Geben

Geben und verleyhen jetzt bemelte Anwartungen und Expectanzen obgedachtes unsers Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebdt. und allen seinen künfftigen Ehelichen Männlichen Leibes Erben/ also und dergestalt/ wann unter obbemeldten Lehen / es sey *** oder gedachtes Fürstenthum Braunschweig Liebdt/ so wir verstanden / auff die gesammte Hand nicht gerichtet seyn / Uns oder Unsern künfftigen Nachfolgern in Reich/ den Römischen Käisern/ und dem H. Reiche heimfället/ daß Wir oder jetzt gedachte Unsere Nachfolger am Röm. Reich gedachtes Churfürsten zu Sachsen Liebdt. oder dero Männlichen Leibes Erben / so alsdenn in Leben seyn werden/ nach Lehens art vor männiglichen solche Lehen zu verleihen und auffzutragen / schuldig und verbunden seyn sollen. Da auch ichtwas von uns oder Unsern Nachkommen am Reich wider jetztgedachte Unsere ertheilte Anwartschaften und Expectanzen außgehen würde/ in was Schein das beschehe / soll doch solches keine Krafft haben: wie Wir dann solches jetzt alsdann/ und dann als jetzt derogirt und vernicht haben wollen.

Und gebieten darauff allen und jeden Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prälaten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern/ Knechten/ Landvögten/ Hauptleuten/ Bisdomben/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern/ Amptleuten/ Land Richter/ Schultheissen/ Bürgemeistern / Richtern/ Rätthen/ Bürgern/ Gemeinden/ und sonst allen andern Unsern und des Reichs Unterthanen und Getrewen/ was Würden/ Stand oder Wesen die seyn / ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß Sie offte gedacht unsers Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebdt. und dero Männliche Leibes Erben / an dieser Unserer Begnadigung und ertheilter Anwartung / nicht hindern noch irren / sondern Sie deren geruhiglich gebrauchen/ genießten/ und gänzlich dabey bleiben lassen/ und hierwider nicht thun / noch jemand andern zu thun gestatten/ als lieb einem jeden sey Unser und des Reichs schwere Ungnad und Straffe/ und darzu eine Pœn / nemlich 500. Marck lötiges Goldes / zu vermeiden/

meiden/ die ein jeder / so offte er freventlich hierwider thäte/
Uns halb in Unser und des H. Reichs Cammer/ und den an-
dern halben Theil dem obgemeldten Unserm Dheim des
Churfürsten zu Sachsen Liebden/ und dero Ehelichen männ-
lichen Leibes Erben unnachlässig zu bezahlen verfallen seyn
solle. Mit Urkunde dieses Brieffs / besiegelt mit Unserm
Kaiserl. anhangenden Insiegel. Geben in Unserer Stadt
Newstatt den 13. Augusti nach Christi Unsers lieben H. Ern
und Seeligmachers Geburth 1625. Unserer Reiche / dem
Römischen in sechsten / des Hungarischen in achten / und
des Boheimischen in neunten Jahre.

Ferdinand 2c.

Pet. Heinrich von Stralendorff.

Ad Mandatum Sac. Caf.
Majest. proprium

Johann Söldner.

Wird Uns darauff offtgedachtes Unsers lieben Dheims
des Churfürsten zu Sachsen Liebden gehorsamlich
angeruffen und gebetten / daß Wir dero selben hievorstehen-
de von Weyland Unserm freundl. geliebten Herrn und
Vattern Kaiser Ferdinando II. ertheilte Anwartschafft
und Expectanz/ über obvermeldte der Grafen zu Hanaw/
und Schwarzenburg / habende Reichs Lehen / als jetzt
regierender Römischer Kaiser / alles seines Inhalts zu er-

* iij newern

newern / zu confirmiren und zu bestättigen gnädiglich ge-
ruheten. Das haben Wir angesehen solche S. Liebden
gehorsambst ziemliche Bitte / wie auch die sehr angenehme /
getreue / gehorsame / nützlich und ersprießliche Dienste /
welche höchstgedachtem in G. Sit ruhenden Herren und
Vattern / und Uns selbstem seither Unserer angetretenen
Kaiserl. Regierung / besagtes Churfürsten Liebden / nach
dem löblichen Exempel dero Vor- Eltern in vielen hoch-
wichtigen Sachen und Geschäften / ungespahrt Ihrer Ebd.
Land und Leüthe / ehrlich und aufrichtig erzeiget und be-
wiesen / S. Ebd. auch solches noch täglich thut / und hins-
führo Uns und dem H. Reich nicht weniger zu thun / wil-
lig und urbietig ist / auch wohl thun kan / mag und solle.

Und darumb mit wohlbedachtem Muth / gutem Rath
und rechtem Wissen / vorgedachtem Unserm lieben Oheim
und Churfürsten / Herzog Johann Georgen zu Sachsen /
die oheinverleibte Anwartsung und Expectanz in allen ih-
ren Puncten / Clausulen / Articulen / Inhalt- Mein- und
Begreiffungen / als ist regierender Römischer Kaiser gnä-
diglich vernewert / confirmirt und bestättiget / erneuern /
confirmiren und bestättigen auch Seiner Ebd. solches al-
les von Römischer Kaiserlicher Macht / Vollkommen-
heit / hiemit wissenlich / in Krafft dieses Brieffs / was
Wir von Rechts und Gewonheit wegen daran erneuern /
confirmiren und bestättigen sollen und mögen: Und mei-
nen / setzen und wollen / daß mehrberührte Anwartsung und
Expectanz über der Grafen zu Hanau / und Schwarzen-
burg / Regalia und Reichs- Lehen / auff den fall Dieselbe
und deren Männliche Leibes Lehen- Erben tödlich abge-
hen / und von demselben keiner mehr im Leben seyn wür-
de / steth / vest und unverbrüchlich gehalten und vollzogen /
und dawider das wenigste nicht gehandelt oder vorgenommen
werden

werden solle. Doch Uns und dem H. Reich/und sonst männlich an seinen Rechten unvergriffen und unschädlich.

Und wir gebieten darauß allen und jeden Churfürsten zc. (ad longum ins Reich) ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff / und wollen / daß Sie mehrgedachten Unsern lieben Dheim und Churfürsten Herzog Johann Georg zu Sachsen/und S. Liebden Nachkommen / bey obinscribter Anwartsung und Expectanz / und dieser Unserer Kaiserlichen Erneuerung / Confirmation und Bestättigung keines wegs hindern noch irren / sondern S. Liebden. dessen alles geruhiglich gebrauchen und genießen lassen / dieselbe hierwider nicht beschweren / noch das andern zu thun gestatten / in keinerley weiß noch wege / als lieb einem jeden sey Unser Kaiserliche Ungnad und Straffe / und darzu die Pön in höchstgedachtes Unsers geliebten Herren und Vatters hierinnen begriffener Anwartsung und Expectanz bestimt und vorgesehen / zu vermeiden: die ein jeder / so oft er freventlich hierwider thäte / Uns halb in Unser und des Reichs Cammer / und den andern halben theil oftgedachtes Churfürsten zu Sachsen Liebden. und dero Nachkommen / so hierwider beleidigt würden / unnachlässig zu bezahlen verfallen seyn solle. Mit Urkunds dieses Brieffs / besiegelt mit Unserm Kaiserl. anhangenden Insigel; der geben ist zu Prag den 17. Septemb. 1638.

E N D E.



QX 114 3064

Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, covering the main body of the page.

115

115
116



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9

DIE XXII. NOVEMBER
 H. L.
 LIEB. GEORGI ANDI
 (opprimat) OR
 ARGEIT
 GEORGI EXE
 Solenniter diplo
 Jan A
 Jus. Constat
 Antonius M
 FAPIC
 DRESER
 MODERAT

